



802. Phil.

DISPV TATIO IN AVGVR ALIS
DE
EMPHASIVM IVDICAN-
DARVM DIFFICVLTATE

QVAM
EX AVCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ACADEMIA ALTORFINA

SVB PRAESIDIO
IOHANNIS ANDREAE MICHAELIS
NAGELII

INCLVTI ORDINIS SVI H. T. DECANI ATQVE ACAD.
SCIENT. ROBORETANAEC COLLEGAE
PRO SVM MIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS
RITE CONSEQVENDIS

D. XXVII IVNII A. S. I. MDCCCLXI
DEFENDET

AVCTOR
IOHANN. CHRISTOPH. GOTTL EBER
CHEMNICENSIS
REV. MINIST. CANDIDAT.

ALTORFII
TYPIS IO. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGR.

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

PERILLVSTRI ET EXCELLENTISSIMO
VIRO
DOMINO DOMINO
IOHANNI GOTTHELF
A GLOBIG
SVPREMI SACRORVM REIQVE
ECCLESIASTICAE SAXON
COLLEGII
PRAESIDI

PATRONO OPTIMO
MAXIMO

HASCE STVDIORVM ACADEMICORVM QVALES
CVNQVE PRIMITIAS EA QVA PAR EST
PIETATE OFFERT.

QVAS VT AEQVI BONIQVE CONSVLAT
ROGAT ATQVE OBSECRAT

ET

VT BONARVM LITTERARVM
TVTORI TAM EXIMIO ALIQVO
MODO SATIS FACIAT
VOVET OPTATQVE
EIQVE

A DEO IMMORTALI
VITAM LONGAEVAM ET INCOLVMITATEM
ADPRECATVR

ION. CHRISTOPH. GOTTLIEBER.

C. D.

§. I.

FVerunt quidem omni fere tempore multi, qui litterarum humaniorum praestantiam et laudem agnoscerent, tantamque esse dicerent, vt, vñ et consuetudine interiori cum iis contrahenda, cum res diuinæ, tum humanae, permultum lucri capere possint: sed, qui intelligendi et iudicandi difficultates et ipsi scirent, iisque aperiundis, iuuénibus melius se consulturos esse crederent, quam iis tacendis negandisque, iisque auctores essent, viam ad veram eruditioñem salebrofam esse: iudicium, longo yñu, auditioñe et lectione diligenti esse subigendum: oppido pauci extitisse videntur. Enimuero, qui indolem bonarum litterarum cognitam perspectamque non habent, et, quid in iis impediti et lubrici sit, nesciunt; plus damni iis inferunt quam emolumenti, et neutiquam earum pomoerium proferre videntur. Sunt, qui omnia in reconditae doctrinae monumentis intelligere sibi videantur, eosque, qui multa difficilia et fere conclamata loca in iis agnoscunt, rideant: sed hi

faciunt nae intelligendo, vt nihil intelligent, iuuénibusque potius aditum ad humanitatis litteras occludunt, quam muniunt. Sed neminem profecto, qui philologiae immensum campum animo et cogitatione perlustrarit, negaturum esse puto, perdifficile esse, veterum libros

libros legere diligenter, id est sic, ut animum iis legendis ad omnia intentum habeas, cogites, vigiles, affiditatem et laborem impendas, et quid intelligas nec ne, acute videas: (quae virtutes omnes, hac continentur voce †) mirandumne est, si sint, qui, verae rationis interpretandi ignari, difficilia ad intelligendum negligant, librosque suos ieunis et contortis interpretationibus implent, iuuenesque similes sibi, fingant, omninoque innumus interpretis leue esse iudicent? Qua de re, longe a consilio nostro aliena, plura dicere non attinet. Caput tantum de emphasi ex philologia desumimus, in quo, quantum difficultatis cum in intelligendo tum in iudicando esset, pro modulo virium ostenderemus; illudque, cogitantibus nobis, de quanam re scriberemus, maxime idoneum visum est, vel propterea, quod plurimis vulgo facile factu est, et intelligere et iudicare emphases: quaer tamen nil potest esse a vero remotius. Etsi animo praecipere poteramus, nos in istiusmodi rem incidisse, quae non modo acumen insigne ingenii, sed et visum longum, multumque doctrinae requireret, et in qua lapsus esset facilis: (non omnium enim est, intelligendi difficultates animaduertere, easque expedire) tamen, cum iam diu gestisset animus, specimen aliquod academicorum studiorum doctis proponere, vt, an recte in hac retractanda versati fuerimus nec ne, iudicarent, nobisque, si in errorum diuerticula deflexerimus, comiter viam monstrarent: consilium nostrum non abiiciendum putauimus: sed, causa consequendorum summorum in Philosophia honorum prosequuti sumus. Qua in re suscipienda et nos confirmauit Quintilianus * auctoritas, inonen-

tis,

†) v. Cicer. de orat. L. II, 35. *) Inst. Or. L. XII. c. VI.
p. 1071. ed. Burm.

tis; non differendum esse tyrocinium in senectutem, quotidie enim metum crescere, maiusque fieri semper, quod ausuri simus: fructumque studiorum, dum venia et spes sit, esse promendum.

§. II.

Sed, vt eo facilius summa disputationis, uno veluti *Summa disputationis*, conspectu, oculis sese obiicit: locos difficultatum in iudicandis emphasis, indicabimus. Locos appellamus fides difficultatum, in quibus latent, et ex quibus sunt petendae. Cum autem omnis difficultas vel ipsis rebus, earumque indoli sit insita, vel iis extrinsecus accedit: difficultates emphasis iudicandarum, in hac institutio ne quoque ex hisce fontibus deriuabimus. Primus igitur locus difficultatum dicitur ab ipsa re, eiusque natura: alter complectitur indolem antiquarum linguarum: tertius est praceptorum, non satis subtiliter et ad intelligendum et iudicandum scriptorum: quartus a praceptorum vsu repetitur: quintus in vsu et indole dictionis tropicae et figuratae ponitur.

§. III.

Cum omnis institutio, quae a ratione suscipitur, *Notio μηδέτερης* auctore Cicerone, a) a definitione beat proficiunt, vt, *οὐτες ex veteribus indagatae* quid sit de quo disputes, eo melius intelligas: ante omnina, vsu vocis εὑρασθαι indagato, necessarium videtur, vt ei claram atque distinctam notionem subiiciamus. Hermogenes quidem b) quatuor generibus sublimium sententiarum constitutis, tres μετόδοις, dicendi vias Ciceroni vocatas, grauius sententiarum excogitauit, quarum tertia

a) Offic. L. I, c. 2. b) v. Porti Comment. in Long. ed. Pierciana Amstel. annexum p. 281.

tertia earum est , si per ἐμφάσεις , arcane et mystice , quae velimus , significemus ; vt exempli loco illud *Platonis in Timaeo laudat* : τὸν μὲν οὐν ποιητὴν , καὶ πατέρα τοῦ παντὸς , εὐχεῖν τὸ εἶγον , καὶ ἐυζόντα εἰς παντας λέγειν ἀδύνατον : quibus verbis emphasin inesse credit , quod ille de Deo arcane et mystice loquatur. *Plutarchus c) ἐμφασις* est , ἡπερ δι υπονοίας ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρείσησιν διον - πᾶν υπερθερμάνθη ἐιφοράματι . καὶ γὰρ εν τούτῳ παρέχει μετάνοιαν εἰφασιν , ὡς βαπτιζέντος θυτῷ τοῦ ξιφους , ὡς θεμανθῆναι . *Longinus* quidem in suo praestantissimo libro per υἱος videtur εἰφασιν intellexisse . Perspici id vel potest ex illo loco , d) quo ὡς ἐν παρόδῳ , υἱος definit : μηδ (τὸ υἱος) εγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ πλειον τοῦ λεγομένου , τὸ αναθεωρούμενον . Apud eundem occurunt quoque vocabula εἰφασεως et εἰφανισιωτέρου ; quorum illud e) eo loco , quo de asyndetis loquitur : τὰ γὰρ ἀλλήλων διακεκομένα , καὶ οὐδὲν ἥττον κατεσπευσμένα , Φέρετης ἀγωνίας εἰφασιν : hoc , f) ubi de verbis vulgaribus sermo est : ὁ ἴδιωτισμὸς ενίστε τοῦ κόσμου παρατολὺ εἰφανισιωτέρου . Latinorum quidem *Quintilianus* , subinde in definienda huius vocis notione multus est , eamque constanter virtutem qua plus significetur , quam dicatur , appellat . Sic , de βραχυλογίᾳ loquens , g) εἰφασιν ampliorem virtutem illa esse dicit , altiorem praebentem intellectum , quam , quem verba per se ipsa declarat .

c) *in rīdī sīer dīnēs* p. 274. Hom. Castal. v. Voss. I. O. L. IV. e. XII. X. p. 234. Sunt tamen , qui hunc librum Dionys. Hal. tribuant. v. c. Clarckius ad Iliad. v. 476. d) Sect. VII. p. 24. cf. Boilau T. II. opp. in praef. e) Sect. XIX. f) Sect. XXXI. p. 112. g) I. O. L. VIII. c. III. p. 709. h) Od.

declarent . Eius duas species esse dicit : quarum altera plus significet , quam dicat , altera , quae etiam id , quod non dicat . Exempli loco illud *Homericum* , h) cum Menelaus Graios in equo sedisse dicit :

Ἴππω ἐν ζεξῷ ἐνικῆτα πάντες ἔργοι
laudat : uno enim versu , ait , magnitudinem eius ostendi . Huc et refert illud *Virgilii* i)

Demissum lapsi per funem
cui addi potest illud *Ouidianum* k) in Andromedae fabula :

bellua ponto

Eminet , et latum sub pectore possidet aequor .
Alio loco l) emphasin inter figuras refert , cum ex aliquo dicto latens aliquid eruatur : vt in illo *Ouidii* m)

— O , dixit , felicem coniuge matrem .
Ex his intelligi potest , ut et *Quintilianus* auctor est : n) emphasin , non , vt intelligatur , efficere , sed vt plus intelligatur : non ornat enim orationem tantum , sed et auget . Latini vertunt εἰφασιν significationem , siue significantiam , vt *Cornificius* , o) et subinde *Quintilianus* . Recentiores εἰφασιν , et ενέγειαν , υἱος , δεῖνωσιν , magnitudinem , excellentiam dicunt . Omnes definitiones doctorum huc ponere , longum foret ; quippe cum inutiliter rem me facturum esse sciam : vtis loquendi enim verborum ex veterum libris est inuestigandus . Clerici p) tantum definitionem , quod a consuetudine loquendi antiquorum recedere videtur , addemus . Emphasim putat esse

B

h) Od. 8. v. 272. cf. Od. 9. v. 503. i) Aen. II. v. 262.
k) Met. IV, 690. l) I. O. L. IX. c. 2. p. 786. m) Met.
X, 422. n) I. O. VIII, II. p. 673. o) L. IV. 53. cf.
Turneb. *Quinct.* VIII, III. p. 708. p) A.C.P. II. S. I. c. IV.
q)

esse significationem ampliorem, verbis quibusdam figuratis aut tralaticiis, data opera usurpatis, quaesitam, ut dicatur, quod alioquin intelligi non posse.

§. IV.

Clerici definitio examinatur. Hicce, quae in superioribus protulimus, inter se comparatis, facile intelligi potest, omnes, praeter Clericum, in eo conuenire, esse verba, non modo tropica et figura, sed et vulgaria, quibus plus intelligatur, quam dicatur. Quod enim ille dictioni figuratae et tropicae soli vindicat, cum rei ipsi, tum consuetudini loquendi repugnat, vt ex *Quintiliano* et *Longino*, summis harum rerum arbitris, constare potest, quorum auctoritatem, tanquam praerogatiuam aliquam publici assensus ferendam esse putamus. Ille q) enim disertis uerbis agnoscit iam in vulgaribus verbis emphasin, est in vulgaribus verbis emphasis: *Virum esse oportet*: quae verba emphatica, in oratione moribundi *Davidis* r) ad *Salomonem* et occurunt **לְאֵישׁ וְהַיִתْ**: hic *ἰδιωτισμὸν*, ut in superioribus dictum est, significantiorum interdum ornatū orationis habet, ut exemplo Moafforum verborum ostendit. s) Plurimi tropi, non, vt vulgo creditur, sunt emphatici; non enim, quod nullus dubitat, vbique adhibentur augenda, sed saepius ornanda ac varianda orationis causa; vt infra paucis videbimus. Ille sensus altior potest verbo, omni ornatū destituto inesse, non per se quidem, sed a persona loquentis, tempore, et omnino a contextu, ut monuit *Boileau*. t) VIR summus: il ne faut pas simplement regarder la chose qu'on dit,

q) I. O. VIII, 3. p. 710. r) I. Reg. II, 2. s) v. Voss. I. O. L. IV, c. XII, X. p. 233, et 34. et Long. S. IX. t) Considerat. X, p. 245. T. II, opp.

dit, mais la personne, qui la dit, la maniere, dont on la dit, et l'occasion, ou on la dit. Quae cum non animaduerterent *Clericus* et *Huetius*: u) *Longinum*, verbis Mosis: Fiat lux, et facta est lux, sublimitatem insignem aliquam tribuentem, vitii alicuius postularunt. Sed et non parum mali, si velimus emphases in tropis solis quaerere, inde euenire videtur: in scriptoribus enim paullo sublimioribus v. c. in vatibus diuinis, et profanis praeципue oratoribus et poetis, omnia emphasis plena erunt: qua re quidem, sacris literis plus damni quam emolumenti adferente, vt iam dudum Viri intelligentes monuerunt, nihil potest esse turpius. Cum igitur illa notio, quam veteres huic subiecerunt verbo, vera esse videatur, plurimisque etiamnum probetur: nostrum esse putamus, ab vsu loquendi veterum non recedere.

§. V.

Antequam ad rem ipsam explicandam accedemus, *Rebus paulo omnino paucis*, in caussas difficultatum, rebus quibusdam propriarum, inquiramus, vt, an eae ad emphasis iudicium transferri possint, eo melius lectores iudicare possint. *subtilioribus duplex genus difficultatis ineſt.* Qui libros cum antiquorum tum recentiorum diligenter legunt, et, quomodo loca paullo impeditiora intelligenda sint, enarrant, ingenue saepe profitentur, se, quid rei fit nescire. Quae difficultates duabus maxime ex caussis oriri possunt: quarum altera est repetenda a rebus ipsis, intelligentiam nostram superantibus, vt in philosophia, omninoque in rebus, quae ad sensum reuocari non pos-

u) v. *Demonstr. euang Prop. IV, c. II. §. LV*, p. 109. ed. Lips. 1694. et diss. gallicam opp. *Boileau*, annexam, quae et *Cleric. Bibl. Sel. T. X*, p. 211, inserta est.

sunt: altera a rebus externis, veluti a linguis, iniuria temporum ex usu humano sublati, vel a mutatione rerum publicarum, disciplinarum incrementis, rituum ac prouerbiorum multitudine, tractu temporis obsolescentium, aliisque rebus, quas enumerare omnes, longum foret. Quae quidem difficultates aliquo modo assiduitate, diligentiae in libris legendis adhibenda, superari possunt: sed, si optimos in quaque re libros sic intelligere velis, ut, iudeo linguarum, antiquitatibus et ceteris rebus ad intelligentium necessariis perceptis, pulcritudinem, elegantiam, suavitatem, sublimitatemque sentias, animumque tuum, iis legendis, sublimitatis igniculis quasi incendas, et, cum ad artem cogitandi, tum ad magnitudinem animi, qua illi summi auctores ornati erant, consequendam, formes: maioris difficultatis res esse videtur. Qui enim poetas, historicos et oratores graecos latinosque nullo alio consilio legunt, quam vt verba, syllabas et litteras in controversiam aucupentur, multasque observationes grammaticas, ambitione coaceruent, quae, recte adhibetae, alioquin in interpretatione utilissimae sunt: omnis enim certudo diuinae et humanae sapientiae ab interpretatione grammatica pendet: praestantiam horum librorum parum nosse videntur. Et nescio, haec sola utilitas si ex lectione veterum tantum in lectores redunderet, am multis futuri sint, qui se ad eorum lectionem conferant. Largiorem messem intelligentes sperant. *Quintilianus* et *Longinus* vel docere possunt, quomodo veteres sint legendi, qua in re eorum venustas, ornatus et sublimitas contineatur; digito enim quasi monstrant singulis elegantibus auctorum locis, quidnam mirari debeant lectores. Sed nemo non videt, per difficile esse, virtutes illas orationis animaduertere, et, quid significanter dictum sit, nec ne iudicare. Quod vel exinde intelligitur, quod homines

mines docti tam varie de locis illustribus iudicant, ut nomi raro deprehendas, qui locum maxime puerilem propugnant, et, qui clamant: *pulcre, bene, recte.* x)

VI.

Quae cum ita sint, vtrumque genus difficultatis, *Primus locus difficultatum ab ipsa re in natura*, quod argumento nostro inhaeret, deinceps expediemus, deque illo genere, quod ipsi rei inest, ordiemur. Res *tura duabus*. cum ea sit natura, ut eius ratio, non tam praeceps, quamvis subtiliter scriptis, doceri possit, quam potius sentiatur et gustetur, vt et auctor est *Boileau*: y) ille autem sensus non omnium sit, ut experientia edocti, cognitum habemus, sed tantum eorum, quibus est ingenium, praelaris libris legendis, et intelligentibus Viris audiendis subactum: facile intelligitur, non leues difficultates gigni ei, qui velit et intelligere vim illam maiorem verbis, recte que de ea iudicare. Vnde *Longinus* ipse, z) Vir acutissimus, rem maxime impeditam esse iudicat. Enimvero ea est natura, et vis rerum paulo subtiliorum, et sensu interno quodam percipiendarum, vt, quod non in sensu cadunt, male vel plane non intelligantur, nisi ab iis, qui ipsi eleganti atque subtili ingenio sunt ornati. Hinc perspici potest, cur non omnes, pari inter legendum modo afficiantur: cur sint, qui poetis principibus, cum sacris

B 3;

x) cf. Mosheim: cogit de interpreti et emendat. S. S. litterarum in Vindic. p. 211. Syntagm. Diff. y) Le sublime n'est pas proprement une chose, qui se prouve, et qui se demonstre, mais c'est un merveilleux, qui sait, qui frappe, et, qui se fait sentir. Consid. X, T. II. opp. p. 237. z) Sect. VI. p. 22.

a)

tum profanis, ut et oratoribus et historicis legendis, tam languido et hebetisint ingenio, nec sublimitatis et elegan-
tiae dulcedine capti, artificium totius argumenti, disposi-
tionem vocant, a) et singularum partium mirentur, sed
toti in verbis et syllabis elegantiisque puerilibus venandis
esse videantur. Critici, omnibus numeris absoluti est,
auctore *Popio*, b) ut monumenta ingenii, eodem spiritu,
quo illi diuini auctores erant afflati, legat. Omnes tamen,
qui legunt elegantes libros eadem mente diuiniore, qua
poetae erant, se praeditos esse putant, et intelligere et
iudicare sibi videntur eorum venustatem. Sed, quotus-
quisque tandem est, qui *Homeri* ingenio menteque diuini-
ori sit ornatus? Non omnes sumus CLARCKII, POPII, RIC-
CII, ERNESTII: quodsi enim esset, *Zoilus* nullum *Peraultum*
c) laudis Homericae detrectandae comitem inuenisset.
Eruditio sola, siue cognitio rerum plurimarum, sine in-
genio praestanti, parum in hac re prodeesse videtur. Con-
iunctus esse debet cum illa, sensus aliquis delicatior, ut,
cum primum, aliquid legas, odoreris quasi, an vere
εὐφατικὸν, mediocre, vel ieiunum sit. Sed non omnes
quimus vt volumus; illa enim *εὐφυία* a Deo non omni-
bus est concessa. Quae cum tam varie sit distributa, et
facit, ut res, uno sensu capienda, tam varias induat for-
mas. Hinc lectores incauti in duo praecipitia, propter
difficultatem rei, ruunt: fit enim, vt vel male τὸ ὑψος in-
telligent, et, ubi erectiores vigilant, dormitent: quorum
vitium soli hebetudini ac duritiei ingenii tribui posse vi-
detur: vel, vt ex omnibus verbis paullo insolentioribus,
emphases extundant, mireque super iis philosophentur;
ut

a) Quintil, I. O. L. X, c. 2. b) in Critic. tentamine p.
124. ed. germ. Alton. c) Considerat. III, et, IV, T. II, opp.

d)

ut sunt, qui in sacris litteris haec faciant. In quo vero
non a solis mediocribus ingenii, sed et magnis et exercita-
tis peccatur: lubricum enim est saepe, quasi diuinare,
quid scriptores intelligi velint locis iis, quibus inest aliqua
insignis emphasis. Hinc plus saepe et intelligentiores in-
ueniunt, quam scriptores intelligi volunt: cuius vitii *Lon-*
ginus d) reus esse videtur, cum ad illud *Homeri*: e)

τυτῷ γὰρ οὐ π' ἐν θαύματοι φέρονται
notat: καὶ μὴν τὰς προφέσεις, ἀσυνθέτους γάρ, συν-
αναγνάτους παρὰ Φύσιν, καὶ εἰς ἀληθιας συμβιασμένος,
οὐ π' ἐν θαύματοι, τῷ μὲν συνεπίπτοντι πάσῃ τῷ ἔπος
ἀμοίως εὐθαδύνειν — n. t. λ. Sed haec nimis arguta viden-
tur, et verendum, notante *VEN. ERNESTIO* ad illum lo-
cum, ut venerit in mentem *Homero* haec emphasis. Alio
enim loco f).

οὐκ εὐθαδύνει πέντε οὐ π' εἰναι κακοῦ —
sine emphasi occurrit. Sic et *Eustathius* in tautologia
versus illius g)

αἱ κερτομέσοντες ὅδῷ ἐπὶ οἴκῳ εὐχοντας
singularem venustatem reperit, quae tamen doctissimos
semper offendit. Solent quidem elegantissimi Poetae ver-
ba, ad rerum indolem exprimendam, apta diligere; ut
ad illud *Homeri* h)

- διφορ δ' αὐτονυμίαλιαζον
Eustathius notat: τὸ ρῆμα Βομβῶδες οὐ, εὐθαδύνει εὐ-
τῆς μεταξὺ ιχου τῶν ἀνατοπῆς. Huc pertinere
et *Virgilianum* videtur: i)

Mon-

d) περὶ οὐ. f. X. e) Il. .. v. 620. et Intt. f) Il. .. v. 700.

g) Il. π. 261. et VEN. Ernest. h) Il. π. 372. et Intt. i) Aen.
III. v. 658.

E)

Monstrum horrendum, informe, iungens, cui illum
men ademtum.

Polyphemum enim monstroso carmine descripsit. Sed
caute in hac re versandum est, ne plus iusto inuenias, nec
vim multorum locorum emphaticorum enerues. Sed
quis non videt, quam difficile sit, diuinare quid auctores
cogitarint, semperque et hac in re auream illam mediocri-
tatem obseruare?

§. VII.

Verbis planis Pace lectorum, liceat mihi paullisper exspatiari,
saepe maxima et ex loco Mosis: Fiat lux, et facta est lux, tanquam illu-
nest emphasis, stri aliquo exemplo, ostendere huius rei difficultatem.
vt exemplis docetur. Mirandum sane est, fuisse, qui huic loco maiestatem et
splendorem suum erectum tarent: sed quis vel conjectura
assequatur, *Huetium et Clericum*, rei litterariae constituen-
dae facile Duumiros, id facere conatos esse? Ille ^{k)} quidem pluribus in dissertatione francica aduersus *Longi-
num*: hic obseruationibus, confirmanda dissertationis
Huetianae causa adspersis, et singulari castigatione, ^{l)}
aduersus *Boilauium* scripta. Omnes inter hos Viros iacta-
tas lites excutere, superuacaneum foret: iusta enim dis-
sertatio, ut et *Boilauius* fecit, super hac re scribi posset.
Omnino autem, quod verbis nudis, simplicibusque, li-
brisque tenuiter scriptis, nullas inesse emphases crede-
bant; in reprehensionem incurrere videntur. Quod eo
magis mirandum est, istos Viros, perfectis antiquitatis
monumentis praeclaris, ex quibus tum exemplis, tum prae-
ceptis discere poterant contrarium, dormitasse, et, hac
prae-

^{k)} T. II. opp. Boilau. p. 456. et Bibl. sel. I. Clerici T. X.
p. 211. ^{l)} Biblioth. Sel. T. XXVI. p. 83. f. T. II. opp. Bo-
ilau p. 507.

praeconcepcta opinione deceptos, multorum venustorum
locorum vim, non esse affecitos. Falsissimum est, vt et
Boilauius ^{m)} monuit, verbis magnificis tantum *εμφασιν*
tribuere. Innumeris exemplis demonstrari posset, ver-
bis simplicissimis, apto ordine inter se collocatis, quod
maxime necessarium putem, a contextu, et affectu lo-
quentis, vim aliquam maiorem accedere posse. Vno et
alterio, illustrandae rei gratia, exemplo defungamus.
Medea Euripidea, ⁿ⁾ sibimet ipsi derelicta, et de *Creusa*
liberisque suis interficiendis, perniciosissima texens con-
silia, humanitatemque omnem exuens, ait:

iτω τι μοι ζην περδος - - -
et alio loco pulcherrimo, ^{o)} valde fluctuans, an inter-
ficiat liberos?

ἐν διτ' ἔγωγε Χαιρέτω Βουλέματα - - -
Quis neget, in verbis *iτω* et *ἔγωγε* per se nudis, latere
maxime insignem emphasisin? *Cornelius*, Tragicorum nu-
per facile princeps, sic *Nerinam*, *Medeae* amicam, lo-
quentem inducit: ^{p)}

Forcez l'aveuglement, dont vous etes seduite,
Pour voir en quel etat le fort vous a reduite,
Votre pais vous hait, votre epoux est sans foi,
Dans un si grand revers, que vous restez - t' - il -
Moi

Moi, dis je, et c'est assez.
Quid sublimius hacce sola voce, Moi, dici potuisset? cuius
emphasis paullo post explicatur:

Oui tu vois en moi seule et le fer et la flame
Et la terre et la mer et l'enfer, et les Cieux -
C Huc

^{m)} *Confid. X*, T. II. opp. p. 239. ⁿ⁾ *Euripid. Med. A. III.*
v. 798. et 819. et *Barnel.* ^{o)} *A. IV.*, v. 1048. ^{p)} *Med.*
A. I., Sc. V. T. II. opp. p. 184. ^{q)}

Huc et facit laudati illius Cornelii dictum , q) ab Horatio sene , de fuga filii sui maxime sollicito , quam romano non mini aeternum opprobrium putabat , pronuntia^{tum} : ille enim Iuliae :

Que vouliez vous qu' il fit contre trois ? respondit :

- - - Qu' il mourit.

Quis est tandem , qui horum verborum lectione , non sentiat et admiretur magnitudinem illam romanorum , hisce verbis planissimis latentem ? Poteratne ornatioribus verbis haec sententia suam vim ita exferere ? Eadem magnitudo nominis romani exprimitur et in illo Horatii senis , Camillam et Sabinam consolantis : r)

Tachez d'en faire autant , pour soulager vos peines , Et songez toutes deux , que vous etes Romaines.

Adiiciemus tantum epitaphium praestantissimum Tassii , Italorum Homeri s)

Les Os de TASSE.

Vnusquisque lectorum , solum nomen Tassii εὐφατικώτερον omnibus laudibus , maxima copia exornatis , habebit . Simili modo dicunt et Virgili epitaphium fuisse : t) SISTITE VIATORES . QVAESO . PAVCA . LEGITE . HIC . MARO . SITVS . EST . Sed haec sufficere putamus , ad demonstrandum id , quod exemplis facturos nos esse policebamur.

§. VIII.

*Sententia
Huetii et Cle-
risci de disto
Mosis exami-
natur.*

Operae pretium quidem esset , Huetii et Clerici subnatas super hac re dubitationes paullo curatius examinare : sed , quod Tollus ad Longinum , Sect. IX. hunc locum vindicauit ,

q) Horat. Act. III, Sc. VI. p. 264. ed. Amst. 1709. r) Horat. A. III, Sc. V, p. 262. s) Voltarii commentat. de poes. epica T. I. opp. p. 259. ed. Amstelod. 1732. t) Mabillon. Mus. Ital. T. I. p. 113.

u)

dicauit , Boilauiusque eius calumniam castigauit , ut pauca contra monenda esse videantur : paucis tantum , ne haec institutio eos limites , quibus eam comprehendendi volebamus , transeat ; potiora persequemur . Primo obiiciunt , τὸ ὑπόλογον his verbis non inesse posse propterea , quod sit iniquo loco positum : esse enim contra praecepta , quae exordia narrationesque rerum , in facto positarum , ornatu destitutas esse iubeant : et , si vere ex sententia Longini sublimia sint verba ; Mosem contra ea peccasse , contendunt : denique nec intelligi posse aiunt , cur Moses , ordiens historiam suam planis verbis , illico delapsus sit in sublimitatem ; qua deinde non sit vsus . Sed primum a vero alienum est ; εὐφατικώτερον verborum Mosiacorum iniquo loco esse positam : nam quae aiunt de exordiorum et narrationum simplicitate , non eum sensum habere videntur , ut emphases sint ex iis eliminandae . Quintilianus quidem dicit : u) in prooemio orationem non esse debere deductam sive circumlatam , nec insolens aut audacius translatum , aut obsoleta vetustate verbum in eo locum habere posse : sed quae tandem horum cadunt in verba Moses ? Quid ? si in narratione acute dicta non intermisceri possunt ; et illa Alexandri apud Curtium , x) digna sunt castigatione : Ego pecuniam quam gloriam mallem , si essem Parmenio , repetita etiam Longino . y) Leges prooemiorum non excludunt emphasis , sed tantum nimiam promisionem , ne , te plus iusto praestiturum esse , dicas : ut Horatius z) eum ridet , qui dixerat :

Fortunam Priami cantabo et nobile bellum . et Boilauius Scuderium : a)

C 2

Je

u) I. O. L. IV, I. p. 317. x) L. IV, c. XI, §. 14. y) Sect. IX. p. 30. cf. Valer. Max. VI, c. IV, ext. z) A. P. v. 136.

a) Consider. H. T. II. opp. p. 167.

b)

Je chante le Vainqueur des Vainqueurs de la terre.
 Fuitne *Moses* promissor tanto hiatu? Num maius aliquod
 opus tribuit Deo, quam quod omni potentia efficere pos-
 set? Immo *Moses* eam, quam volunt simplicitatem, bre-
 uitatemque in enumerandis operibus diuinis obseruauit;
 eaque simplicitas verborum, sit a persona, ab effectu,
 et apta eorum collocatione, quam *Longinus* b) σύνθετη,
 et paullo post ἀγνοιαν vocat, maxime sublimis. Finga-
 mus, haec verba planissima conuerti in magnifica et orna-
 ta, ut *Boilauius* c) fecit: nemo sane, qui aequus iudex
 esse velit, eandem maiestate in illis, ac in Mosaicis,
 animaduertet. Dant quidem doctissimi aduersarii, se a-
 gnosceremphasin, sed realem. * Sed monendum est,
 omnem emphasin a verbis, non a rebus petendam esse:
 quodsi autem esset, omnes res, magnitudine insignes,
 emphasin haberent: quod tamen longe secus est: per se
 intelligitur, res magnas et amplas a verbis mente et cogi-
 tatione vere seiungi non posse. d) Quid enim vilibus et
 leuibus rebus sublimitatis tribui potest? Res tamen maxi-
 ma, nisi enuntientur concinne et apte, ut plus, quam
 legas, cogites, et tanquam admiratione stupeas, neutri-
 quam συνθετικές expressae dici possunt. Verissimum est,
 quod iam *Longinus* dixit: τὴν ἀγνοιαν τῷ ὑψει συντίχειν.
 e) Hinc mirari non satis possum, quomodo *Huetius* f)
 scribere potuerit, sublimitatem rei non opus habere aliquo
 artificio, quo enuntietur: hominem rudem et expertem
 litterarum, eam rei magnitudinem enuntiantem utcunque,
 semper

b) Sect. XXXIX. p. 146. c) Consid. X, p. 252. T. II. opp.
 d) v. A. H. Franck. disp. de emphasi. §. II. *) *Huet.*
 disp. francic. p. 483. T. II. opp. *Boil.* e) Sect. XXXIX. p.
 51. f) Disputat. laudata p. 482.

femper eloquentis laudem confeceturum esse. Sed nescio
 an istiusmodi, ingenio et doctrinae tanti Viri conueniant.

§. IX.

Iam dicunt *Huetius* et *Clericus* g), difficile esse ad in-
 telligendum, cur *Moses*, ordiens historiam suam verbis
 planissimis, delapsus sit in sublimem orationem: quod ex-
 emplo irrisione exponere conantur. Ridiculum quidem vi-
 deri potest si quis in narratione simplici, subinde sesqui-
 pedalibus et magnificis formis loquendi, quales in Di-
 thyrambicis deprehenduntur, utatur, et mox recidat in hu-
 mile genus dicendi: sed eadem ratio τὸν ὕψος Mosaici
 non est. Nemo in tenui oratione, acute dicta, suo loco
 immixta, reprehendit: immo summae dicitur laudi, si
 quis, tenui oratione vtens, flores spargit, quorum suauis
 odore lectores, nimia orationis ariditate fessi, iterum refi-
 ciantur. Quis audeat *Ciceronem* in libris philosophicis v. c.
 de officiis, aut *Caesarem* subinde ornatum et elegantiam
 adhibentes, reprehendere? At *Moses* est castigatione di-
 gnis, si ei aliquid sublimitatis tribuas? Pronos esse homi-
 nes, ait *Clericus*, h) *Mosi*, tanquam praestantissimo omnis
 aetatis homini, orationem sublimem tribuere. Nescio
 an fuerint, qui, totum *Mosem* sublimi oratione scriptum ef-
 fe, dicerent: at fuisse, et futuros esse intelligentes, qui
 subinde loca, diuinum aliiquid spirantia, inueniant, per-
 suasum est mihi. *Longinum*, eiusque sequaces, ait *Cleri-
 cus*, i) deceptos esse propterea, quod huius sententiae viii
 extra contextum considerassent, eamque, tanquam in ali-
 quo oratore graeco aut latino, inuenisse sibi visi essent.
 Sed nescio, an haec se recte habeant: quis enim intelli-
 gentium

g) ib. p. 462. h) Disp. laudata p. 464. et 65. i) ibid. p. 466.
 k)

gentium unquam fuit, qui emphases extra contextum intelligeret? Quis est, qui interpretari dicta extra contextum, quam viam Theologi maxime praecipuam ad recte interpretandas sacras litteras commendant, libenter velit? nedium intelligere emphases, recteque de iis iudicare? Constanter preeperunt intelligentiores, a contextu maxime, accedere verbis et loquendi formulis emphases. k) At verbis *Davidis*: l) יְהִיא אָמֵר וַיְהִי הוּא צוֹה וַיַּעֲמֹד:

hi Duumiri, m) per se magnificis, et cantico insertis, sublimitatis aliquid tribuunt: at Mosaicis verbis, magnam tamen similitudinem cum his habentibus, neutquam? Haec enim dicta, aiunt, in narratione, illa in cantico! Sed, quis neget, in Commentariis *Caesaris*, *Ciceronis* libris, tenuiter scriptis, occurrere emphases: iam, quis dicat, eas, quod in his occurrant libris, esse nullas, at, si in poetis et oratoribus eadem reperiantur, esse? Vanum et illud videtur, quod *Huetius* sententiae stabiliendae suae causa, hanc *Mosis* dictioem, ex aliis illustrat locis. n) Nam quod illae loquendi formae emphasi carent, non cogi potest, nullam in Mosaica verba vim et ἐνέργειαν cadere posse. Sed Viris summis non succurrisse videtur, formam siue verbum, quibusdam locis mire augere orationem, aliis neutquam: contextus enim non est idem: qui tamen maximam in hoc negotio vim habet. Alius, huic *Mosis* controverso simillimus, locus extat apud *Arianum*, o) quem, propter suam praeftantiam, infra subieci: ὅταν εἰσένος sc. Θεὸς εἴπη τοῖς Φυτοῖς, ἀνθεῖν, ἀνθεῖ ὅταν εἴπη βλασφεμεῖ, ὅταν ἐνΦέρειν τὸν καρπὸν, ἐνΦέρει. Si denique

k) Flacii Clau. P. II. p. 286. et H.A. Franck. diss. de emphasi §. 3, et 5. l) Pf. XXXIII, 9. m) Huet. diss. p. 480, et 81. n) ib. 474. et 75, et Dem. Eu. Prop. IV, c. II. §. LV. o) L.I, c. XIV, edit. Vpton, p)

que tribuendum est aliquid Summorum Virorum omnium temporum iudicio: haec verba per tot secula, propter excellentiam suam maximopere laudata et spectata, auri instar suam praeftantiam semper obtinentis, vere sublimia sunt, et pondus splendoremque suum per omniem aetatem intelligentibus probabunt.

§. X.

Alter locus difficultatis ducebatur ab antiquarum linguarum cognitione et indole. Quam difficile omnino sit linguarum, ex usu vitae communis sublatarum, studium, ut easdem subiicias verbis notiones, ac scriptores ipsi, non est, vt pluribus ostendatur. Via et ratio earum discendarum, tum multis est ignota; tum quibus nota, propter summam difficultatem est maxime impedita: animadvertisendum enim in legendis auctoribus ad omnia, quae lucem iis affundere possunt; v. c. ad definitiones verborum paullo difficiliorum, quas, quasi aliud agendo, subinde aspergunt: ut *Cicero*, *Livius*, aliquie fecerunt: vel ad exempla, quibus, quid verbis subobscuris velint, intellegi possit: vel ad loca similia, eandem rem, sed clarioribus verbis docentia: vel denique ad verba et formas loquendi, cum verbis et formis alias linguarum, eandem rem exprimentibus, comparandas: quae ratio *Schultensio*, Summo Viro in Commentariis in *Iobum* et *Prouerbia adhibita*, et nuper Viro *VENERABILI ERNESTIO* p) probata, in omni interpretatione est utilissima. Quae omnia tenenda esse ei, qui velit recte de emphasis iudicare, facile intelligitur. Fit enim saepissime, hac via neglecta, ut, si occurrant verba paullo insolentiora, vel tropi, qui non sunt

p) Disp. II. de difficultate Int. grammatis. N. T. §. 22.

sunt propriis et planis significantiores, emphases singant. Hinc et uidentur tam multae emphases ortae : quae omnes, inuestigata vera vi et usu verborum, hac ratione, ut ante monuimus, euaneſcunt. Rem, proponendis aliquot exemplis illustrabimus. Sunt, qui in verbo *ἀποναγάδονις* emphasin quaerant, illudque curam sollicitudinis plenam interpretentur : sed contextus in illo Paullino q) οὐτο-
καγάδονις τῆς κτίσεως τὸν ἀποκριτήν απειδέχεται, clare docet, nihil aliud quam ἀλπίδα intelligi: verū enim XX, cum ἀλπίδος verbo mutatur : et in Epistola ad Philippen-
ses, r) haec duo coniunguntur verba. Verbum *καγάδο-*
νέω in illo Euripideo, s) ubi Medea ait:

προσμένοντα τὴν τύχην

Καγάδονις τάκεῖσνοι προβλησται

tantum vim expectandi habet : nec cogitandum illud, quod vulgo volunt, videtur. Hinc et nolim agnoscere cum b. Pfeiffero et b. Franckio t) emphasin verborum נרדְבָּנֵן יִשְׁנֶן ; quorum illud de profundo somno, hoc de modico et naturali explicari volunt : cum vel ex Genesi intelligi possit τὸν שֶׁן et iungi τῷ הַרְמֹן, somno profundo. Plurimi verbo ἐγεννῶν singularem tribuunt emphasin: sed dubito, quin hoc verbum plus proprio significet: respondet enim indagandi siue inuestigandi verbis, quae apud Ciceronem vim cognoscendi siue intelligendi habent. Vsum autem huius vocis et hunc esse insacris litteris, perspici potest ex illo Paullino v): τὸ πνεῦμα πάντα ἐγεννᾷ, καὶ τὰ βαθὺ τοῦ Θεοῦ. Iam quis dicat, spiritum Dei scrutari arcana Dei more venatorum? ubique locorum anquirentium, vt aliquid indagent.

Intel-

q) Rom. VIII, 19. r) Phil. I, 20. s) Med. A.V, v. 1117.
p. 208. t) Disp. de emphasi. S. §. IV. v) I. Cor. II, 10.

x)

Intelligendi siue cognoscendi notionem huic subiici verbo clarum : et sic iam interpretatus est *Cyrillus Hierosolymitanus*. x) Similis ratio quoque est verbi μετάλλων : quod ut vel ex Homero y) intelligi potest, cum Iupiter Iunonem increpat, variandae orationis cauſſa adhibetur :

μήτι σὺ ταῦτα ἔκαστα δίειρε, μήτε μετάλλα ---
et paullo ante Iupiter Iunonem sic alloquitur : z)
--- μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μυθίους
Εἰδοσειν ---

Multi esse possemus in laudandis plurimis exemplis: sed, quod haec docere possunt, quantum accurata inuestigatio verborum ad iudicandas emphases possit, haec sufficient.

§. XI.

Magnopere autem errare videntur, ut hoc in transi- *Verba em-*
tu moneamus, qui verbis proprium quandam significandi *phasin non*
modum tribuunt. Sed rem accurate intuentibus non pot- *persebant*.
est esse dubium, verba per se non esse emphatica. a)
Quodsi enim esset, usus istiusmodi verborum idem in o-
mnibus locis esse deberet: quod tamen longe secus est,
ut nemo ignorat. Illa vis verborum, ut plura intelligas, quam
verba per se ipsa declarant, non a verbis per se, sed a con-
textu, affectu, et similibus cauſis, est arcessenda. Hinc
et nescio, an fieri possit, vt, quod *Theodorus Dassouius* b)
promiserat, Lexicon emphaticum scribi possit, usui loquen-
di accommodatum. Quod si quis tamen tentet: infini-
tum labore in se fuscipiat necesse est. Sed de hoc plura
dicere

D

x) Catech. XI, p. 140. edit. Milles y) Il. a. v. 550. cf. Iliad. y.
177, cum v. 191. ej. libri. z) Il. a. 545 - a) v. Moshemii nō
μετάλλων cogit, de int. et emendat. S. litt. §. V. Vindic. p.
203. syntag. diff. b) v. Rambach. Inst. Herm. S. L. II, c.
VIII. c)

dicere non attinet. Exemplis quibusdam haecce illustrabimus. Notus est locus *Virgilii*, c) ubi Juno παθητικῶς sic: --- Mene incepto desistere victam? --- et paullo post:

Ast ego, quae diuum incedo Regina Iouisque
Et soror et coniux, una cum gente tot annos
Bella gero.

Quis est, quin in τῷ μενε emphasin intelligat, Deaeque maiestatem, oculis quasi depictam videat, quam Poeta omnem, solo illo verbo felicissime expressit? Sine dubio haec oratio, enarranda potentia Deae, languidior esset facta. Non minus incedendi vox est emphatica: incessus enim reginae latus, maiestatem et venerationem prae se fert. Simili modo Iovis verbum sensum solito maiorem hoc loco habet; ut et in illo *Ouidii*, ubi Jupiter, querenti Cereri de raptu Proserpinæ filiae: d)

Quantum est, esse Iouis fratrem. --- Ex quibus intelligitur, haec verba, quae emphatica esse diximus, a contextu vim suam accepisse; nec in alio, nisi huic simili, vim aliquam habere, et per se omnino nullam.

§. XII.

a) ambiguitas
in linguis ob-
scia, difficile
iudicium em-
phasiū redi-
dit. Non modo autem, diligens indagandæ consuetudinis loquendi ratio, difficile reddit emphasis iudicandum iudicium: sed et multa alia impedita et spinosa in linguis comprehenduntur, ut inonuit *Clericus*, e) quae lectoribus negotium facessunt. Etenim quis ignorat, quam multa sint in iis ambigua, obscuritatisque nebulis ita inuoluta, quas vix vel non dispellere possit? Accedit et, ut, propter dissimilitudinem linguarum, formæ loquendi, et verba non

c) Aen. I, 41. - et jo. d) Met. V, 527. e) A. C. Sect. I.
f) f) Il. 371. g) A. C. P. II, S. I, c. XVI. p. 322. h)

non satis sibi respondeant: aut propter inconstantem usum verborum, a mutatione reipublicae, imperii, religionis, pendentem, multa inde difficulta sint intellectu. Nemo est, quin videat, difficultates huic rei obiectas, esse maximas, quo minus semper accurate de emphasis iudicare possit. Quae omnia, aliquot exemplis afferendis, paucis, quantum fieri poterit, deinceps expediemus, et primum quidem, quam vim ambigua et obscura in linguis, in rite intelligentis emphasis, habeant, ostendemus. Huic rei illustrandæ aptum illud Homericum videtur, ubi Herktor de Achille, Troianis formidoloso οὐρανοῖς sic: f)

Toῦ δὲ ἔγω ἀντίος ἐμι, ναι ἐι πυγὶ χειρας ἐσκενεν
Ἐι πυγὶ χειρας ἐσκενεν, μένος δὲ αἰδώνι σιδηνω,
Nemo facile erit, quin, se ab huius loci ἐνεγκέια captum
esse, profiteatur: regnat enim in eo πάθος, et illa αἰδ
άπλωσις non minus vim aliquam singularem habet. Sed
nescio, an aliquis, lecta obseruatione *Clerici* g) ad hunc
locum, easdem quas *Homerus*, verbis notiones subiicere
possit. Verba enim ἀντίον ἐναι, illo auctore, vel simpli-
citer significant contra ire, resistere, aut aggredi, vel sole-
re contra aliquem consistere: deinde forma πυγὶ χειρας
ἐσκενεν vim habere potest: manuum motu, celeritatem
ignis aequare, vel manu idem praestare, quod ignis facit:
de caeteris formis examinandis itidem est sollicitus: sed
omnia huc transcribere, supersedemus. Sed in eo tamen
Clericus, quod plus iusto argutatus est, ipsumque *Home-
rum*, si requirueret ignoraturum esse, quamnam vim ver-
bis subiecerit, dixit, reprehendendus esse videtur. Ex
quo loco tamen intelligi potest, quam varie oratio παθη-
τικῶς loquentis, detorqueri possit: id certum est, hunc

locum animos legentium mouere : sed, an semper eum sensum, quem Poeta animis ingeri volebat, coniectura assequantur; difficilior esse videtur. Similis locus est et *Martialis* : h)

Qui fingit sacros, auro vel marmore, vultus,

Non facit ille Deos, qui roget, ille facit.

Forma facere Deos, aliquid ambiguitatis habere videtur. Notum est eam adhiberi de statuariis, ut vel ex *Virgilio* i) constat: ibi enim *Thyrsis de Priapo*:

Nunc te marmoratum pro tempore fecimus. --

Caeterum clarum est, hanc formam vim habere οὐζητικήν, patetque Poetam blandissime a Domitiano pecuniam petentem Caesarem his versibus consecrare. Huc et pertinet epigramma aliud in Ciperum, ex pistore cauillidicu: k)

A pistore, Cipere, non recedis,

Et facis panem, et facis farinam.

Ambiguum videtur, quid sit panem facere et farinam. Quae difficultates non occurunt tantum in singulis verbis, sed et in constructionis ambiguitate: de qua multis egit *Clericus*. l) Notum est, Genitium, cum apud Graecos, tum Romanos mirum habere usum. Vnde saepe est difficile, eum propter ambiguitatem, recte explicare. Sic apud *Thucydidem* m) ΨύΦισμα Μεγαρέων significat, decretum aduersus Megarenenses, vel de Megarenibus: et illa *Homeri*: n)

ἥδη γὰς νοῦ δεῦρο ποτ' ἡλυθε δῖος Ὄδυσσευς
σεῦ ἐνεκ' ἀγγελίης. --
auctore Eustathio hunc sensum habent: ἐνεκ' ἀγγελίης,
της

h) Epigr. L. VIII. XXIV. p. 319. ed. Smids. i) Meliboe. v. 35. k) L. VIII. epigr. XVI. p. 316. et not. l) A. C. P. II. S. I. c. XII. m) L. I. c. 140. n) II. x. 206. et Intt. o)

τῆς κατὰ τὴν ἐλένην. Sic et apud *Terentium*: o) parentum iniuria: i. e. querelae filiorum aduersus parentes, nimium seueros. Sacrae litterae non ab hoc abhorrent usu Genitiui: apud D. *Matthaicum* p) μάγοι: εἰδόμεν ἀντὸν τὸν αἰσέρα. Sine dubio emphasis latet in τῷ αὐτῷ, ut sit: Stellam, Messiae nati causa, vel eo consilio ortam, ut Messiam natum esse, significaret, conspeximus. Et apud S. *Paulum* q) Θλίψις Χριστοῦ, sunt: afflictiones propter Christum subeundae.

§. XIII.

Haud leues difficultates, ad emphases iudicandas et *obscuritas* ^{verbis, for-} *obscuritas*, in linguis antiquis obvia confert. Haec *obscu-* ^{misque multis} *ritas* nasci potest vel ex verbis ab usu remotis, vel ex alle- ^{loquendi pro-} *goria*, quas *Quintilianus* r) docet esse in exemplis. „Est ^{pria.}
„in exemplis, ait, allegoria, si non praedicta ratione po-
„natur.. Nam vt *Dionysium Corinthi* esse, quo Graeci
„omnes utuntur, ita plura similia dici possunt. Haec alle-
„goria, quae est *obscurior*, aerigma dicitur. Vitium
„meo quidem iudicio, quo tamen Poetae et utuntur. s)

Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo.
Tres pateat coeli spatium, non amplius vlnas.
„Et oratores nonnunquam: ut Coelius (f. *Caecilius*)
„Quadrantarium Clytemnestram, in triclinio Coam, in cubi-
„culo Nolam. „Quae cum ex usu humano sint remota,
aegre intelligi possunt. Eadem *obscuritas* est etiam in
nonnullis proverbiis, in quibus obscure quoddam innuitur,
quod sine illo ritu, ad quem alluditur, non intelligi potest;
ut ex *Erasmi Adagiis* perspici potest. Obscuritas illa et
maxime proficiuntur a breuitate: t)

D 3

-- Bre-

o) Heaut. A. I. 2. v. 31. p) c. II. v. 2. q) ad Col. I. 24.
r) I. O. L. VIII. 6.747. et Intt. s) Virg. *Palaem.* v. 104.
t) Horat. A. P. v. 25.

Breuis esse labore
Obscurus fio.

Vnde Lacedaemonii, u) huius breuitatis amatores, dicta difficultia intellectu, quibus saepe inest maxima vis, protulerunt: ut ex eorum epistola ad Philippum, x) cuius *Quintilianus* meminit, patet. Illa *Βεαχυλογια*, y) cum paucis plura complectimur, et *ἐμφάσει* vicina, longe elegansissima est. Ut in illo *Sallustii*: Mithridates corpore ingenti, perinde armatus: plerumque tamen est paullo obscurior, ut ex *Sallustio*, *Tacitoque*, aliisque intelligi potest.

§. XIV.

^{a)} *diffimilitudo* *linguarum*, *diffimilitudine* dicitur. Nam si mediocriter hebraice sis doctus, facile e comparatione cum aliis linguis, v. c. graeca, intelligas necesse est, quain plurimum vi verborum, tum forma orationis inter se discrepant, et sibi non satis respondeant. Sic in hebraicis, verbo *רֹאשׁוֹת* in omnibus linguis nullum verbum respondet; ut et verbis *βοῶπις* et *ρόδοδάκτυλος* z) *βουκόλος*, a) latinorumque *ineptus*. b) Vnde sit, vt, si verba et formae loquendi v. c. hebraicae, nostris auribus insuetae, aliarum linguarum verbis, non satis aptis, explicentur, incautis copia, mirarum emphasmum fingendarum, detur. Saepe vnu venit, ut hebraicam formam, a consuetudine loquendi vernaculae aut latinae abhorrentem, interpretatione ad verbum facta, emphaticam

- v) v. Longin. Sect. XXXVII, 10. p. 207. ed Tollii. x)
οἱ λακεδαιμονίοις τῷ φίληππῳ Διορύσος ἐν Κορίνθῳ. v. Pearc. ad
Long. Sect. XXXVIII. p. 144. y) I.O.L. VIII, c. 3. z)
v. Hom. Il. a. v. 477. et Intt. a) vim huius verbi explicat
Donat. in vita Virgili. cf. Boilau. Consid. IX. p. 222. T. II.
b) Cic. de orat. II, 4.

ticam habeas: quod vitium ii, qui ex versionibus, Lexicisque vulgaribus pendent, nec ultra illa sapiunt, plerumque committunt: quod, consuetudine ac familiaritate cum ipsis linguis, quibus archetypa scripta sunt, sibi contrahenda, euitare potuissent. Plenae sunt sacrae litterae istiusmodi formarum, auribus nostris, si eas ad nostram exigas linguam, peregrinarum. Vnam alteramque illustratio- nis caussa proferamus. Sunt, qui verba illa deceptricia serpentis c) **נַפְךָהוּ עִנִּיכֶם** emphatica esse dicant: sed nefcio an eorum sententiae subscribam: significare enim videntur: *omnia*, antea vobis abscondita, intelligetis. Et hic nihil *ἐμφάσως* video. Modus exprimendarum rerum in aliqua lingua alius, quam in ceteris, non facit rem magis emphaticam. Suus enim cuique linguae est genius, ut inter omnes constat: et, nostris auribus peregrinum, illis tam notum et vulgare est, atque nobis, eandem rem aliter experimentibus. Consimili modo falluntur, qui in verbis Pauli: d) αὐτεθέαμενος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλίᾳ, emphasin reperiunt: cum nihil significant, quam discipulum Gamalielis. Non ignoro quidem esse, qui, discipulos pedibus doctorum suorum sedisse, dicant: quem ritum alii tamen vanum incertumque iudicant: sed fingamus, eum recte plurimis probari, e) non euinci tamen potest, illa forma aliud quid dici, quam indicauimus. Notissimum est, hebraeos, insigne et excellentissimum aliquid non minibus נַפְךָה וְעִנִּיכֶם exprimere: urmontes Dei f), cedri g) et flamma Dei h): superlatuum, siue magnitudinem rei indi-

- c) Gen. III, 5. et Cleric. A. C. P. II. S. I.c. IV. d) Act. XXII, 3. e) inter quos est hebraice doctissimus noster Schoettgenius δι μακετίσ. T. II, Hor. Hebr. L. I, §. IV. de Messia p. 33. f) Ps. 36, 7. g) Ps. 80, 11. h) Cant. 8, 6.

indicari et grammatici hebraeorum, i) ad *Ionam* monuere: **כָּל דְּבָר שְׁרוֹצָה לְהַנְּרִילוֹ סֻמֵּךְ אֶתְּנוֹ לְאָלָּה** Sed sunt, qui in his semper significationem causalem et primariam vrgeant: non negem, in nonnullis respici ad illam: Ut in illo *Ionae* Niniue dicitur **עִיר גְּדוֹלָה לְאֱלֹהִים** i. e. urbs maxima, a Deo, ad istum magnitudinis gradum euecta k): in ceteris exemplis nescio, an aliquid maius, quam quod nos per superlatiuum exprimimus, significetur, et an sic, more quorundam, sit philosophandum. Eadem et videtur ratio formarum loquendi graecarum: *κύδυνον κύδυνευν, μάχην μάχεσθαι* et latinae: pugnam pugnare, aliarumque his similum: quas si exigas ad nostram linguam, emphaticas iudicabis: fed, ut iam Clericus l) ex *Eustathio* et *Corintho* monuit, non est in iis argutandum: ut intelligi vel ex adiectuo, his formis subinde addito, potest: veluti apud S. *Lucam*: *ἐφοβύ-θησαν θόβον μέγαν*. Quid opus erat adiectuo, si in illo iam timor maximus indicabatur. m) Addemus unum exemplum quod, quam male intellecta verba, eta nostris linguis recedentia, emphasis fingendarum copiam faciant, demonstret. Francogallus quidam, auctore *Huetio*, verba libro I. Maccabaeorum *καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ ἐνώπιον αὐτοῦ*, n) sic interpretatus est: La terre se tut devant Alexandre: quasi terra, per figuram, submisse se erga Alexandrum victorem et debellatorem gesserit: Verba francica sunt emphatica, sed graeca neutiquam: significant enim: terra pace fruebatur. Haec ut opinor, demonstrare possunt,

haec

i) v. Kimch. et Abarbanel. ad *Ion.* III, 3. k) Pfeiffer. Thes. Herm. c: VII. p. 319. l) A. C. P. II, S. I, 4. m) Plures istiusmodi formas, graecis latinisque frequentes reperies apud Barnes. in *Euripid.* *Iph.* in *Aul. A.* V, v. 1182. n) I. Macc. I, 3.

haec vitia, ut supra monui, e fonte impuro versionum, et non satis intellecta indeole linguarum, hauriri, valdeque lubricum esse, semper recta incedere via. Dulciss ac purius, ut ait noster *Glossius*, ex ipso fonte bibuntur aquae: nonne satius est ex eo, quam ex illis riuulis haurire?

§. XV.

Clericus quidem, in arte Critica o), regulam proposuit: *Clerici regula de emphasi, cum aliquot eius subiectis exemplis sub expressione vocata.* Multa videri in versionibus emphatica, quae in ipsis fontibus nullam habeant emphasis: sed nescio, an subiecta exempla ei satis respondeant: de forma loquendi מות תמות, p) quam emphaticam esse negat, paucis videamus. Primum quidem, magnam exemplorum molem, ad impugnandam horum verborum *ἐμφάσιν* coaceruat: quod omnino non reprehensione dignum iudicem: in emphasibus enim iudicandis, usus loquendi, ut supra dictum est, est consilendus: sed, si nolimus *Φράστην* aliquam emphaticam iudicare, propterea, quod aliis locis linguisque non sit, nec contextum orationis, qui tamen maximum dat rei momentum, in consilium adhibere: maximopere errare videmur. Formam ipsam loquendi comparat cum graecorum *ἀγορὰς ἀγορεύειν*; eiusdemque constructionis exemplum ex Genesi q) affert: sed quod huic rei dirimenda non aptum videtur: non enim quaeritur: an in vniuersum haec loquendi consuetudo cum Infinituo et Futuro eiusdem verbi sit emphatica; quod neminem, qui velit attendere ad personam loquentem, Deum, iram minantem in re grauissima, negaturum esse E

o) P. II, S. I. c. IV, reg. 111. p) Gen. II, 17. q) Gen. II. 16. r) cf. Vossium I. O. L. IV, c. XII, X. p. 234. s)

esse credo : ut et semper summis Theologis est probatum. Simili modo vim verborum Ieremiae : s) נָתַתִּי אֶת תֹּרְתִּי בְּקָרְבֵּת eneruare conatus est : ut ille auctor est , sensus est hic : Deum effecturum , ut Israelitae teneant legem suam memoriter , nec monitore indigeant : cuius interpretationis stabilienda causa , laudat locum Paulli : t) ἔγειρον τοῦ νόμου γεαπτὸν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν - sed haec explicatio , pio lectori totam orationis connexionem intuenti , neutiquam probari poterit , et exempla , pro hac sententia laudata , huc nihil facere videntur. Paucis , quid rei sit , videamus. Paullus non docet , legem sine doctore facile disci , memoriaeque mandari posse : effētne haec sententia Paullo digna ? sed , cum Iudeos , tum religionis christianaē expertes , legem non obseruasse , euincit. Quibus verbis eorum dubitationem , qui , remotos a vera cognitione Dei nullam legem scriptam habuisse , obīcere possint , profligat , eosque tamē legem , a Deo omnium animis inditam habuisse , conscientiam , iudicium scilicet bene et male factorum , cogit. Dixerat enim in superioribus : τὰ ἔδυντα τὰ μὴ νόμου ἔχοντα sc. γεαπτὸν , Φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶν , καὶ εαυτοῖς εἰσιν νόμος , ideoque eos αναπολογητοὺς esse demonstrat. Academici et Stoici v) iam agnoscebant , semina virtutis innata esse : at ille Clericus , sacris initiatus christianis neutiquam ? Loca Iosephi , x) Clerico y) laudata , verbis Pauliniis potius conuenire , quam obesse videntur : quae si ex mente Clerici vertas , frigidum sensum praebent : ut is : καλὸν γάρ ταῖς φυκαῖς ἐγγέρντας αὐτοὺς ; sc. νόμον , καὶ

s) c. XXXI, 33. t) Rom. II, 15. v) Quintil. II. O. L. II, 20. p. 203. et Turnebi. x) L. II. contra Apionem p. 1072. ed. Gen. et A. I. L. IV, c. 8, §. 12. y) A. C. P. II. S, I, 4, IV, p. 166.

καὶ τῆς μνήμης Φυλαχθῆναι : praeclarum est enim , leges memoriae mandatas , memoria tenere : cum potius haec verborum vis sit : praeclaras est , leges animo inditas , infixas , animo semper reputare , siue de iis semper cogitare. Haec tantus Vir ! quid speramus facturos esse indoctiores Clerico ?

§. XVI.

Vsum loquendi dicebamus in superioribus necessarium <sup>v) Vt us
borum varius
et inconveniens.</sup> esse ad iudicandas emphases : sed mutatio reipublicae , institutorum , rituum , religionis , tantam in eum vim habet , ut facile appareat , quam caute et circumspecte hac in re versandum sit. Verba reperiuntur , quae a diuersa reipublicae forma , temporibus , et disciplinis , suam accipiunt potestatem. Quae si non animaduerteris , locis multis sensum tribues , quem vere non habent. Verbum libertatis vel apud Romanos , pro diuerso reipublicae statu , vel ampliore vel arctiore habet vim. Temporibus enim liberae reipublicae nil honorificentius romano homini , libertate esse poterat : nemo est , quin , lecto vel Cicerone , sciatur , quam multa hoc nomine debeant cogitari : quis autem , cum esset nulla respublica , hanc huic verbo vim subiiciat ? Iam alia ἐλευθερία est Stoicorum , alia Christianorum , alia eorum , qui e seruitute in libertatem vindicantur : Hinc Iudei vim verborum Opt. Seruatoris , z) ή ἀλιθεία ἐλευθερώσει ψυχᾶς , male intellexerunt. Si Stoici sapientem ἐλέυθερον dicunt ; et ea cogitari debent de sapiente , quae Poeta hisce pluribus exprimit : a)

Virtus — regnum et diadema tutum

Deferens uni , propriamque laurum

Quisquis ingenteis oculo irretorto

Spectat aceruos:

E 2

et

a) Io. VIII, 32. b) Horat. L. II, od. 2. b)

et de ἐλευθέρῳ eadem, quae Stoici apud Epictetum b), et Arrianum c): εἰς ἐμὲ οὐδεὶς ἔζουσίαν ἔχει, οὐλευθέρωμαι υπὸ τοῦ θεοῦ, γυνώκα τὰς ἐντολας, οὐκέτι οὐδεὶς δούλαγωγοῖσαι με δύναται. Hac cautione neglecta, emphases mirae existunt: qualis illa est, quam quidam d) verbis δούλου Ἰησοῦ Χριστοῦ tribuit ex Iustinianis Institutionibus: cum respondeat τῷ עבר hebraeorum, nihilque eorum, quae ille quidem dixit, cogitari debeat. Simili modo Iustitiae verbum e) apud Romanos et Christianos, diuersam vim habet: hinc, qui apud latinos scriptores eandem huic verbo vim ac Christiani subiiciat, falatur necesse est. Eiusmodi est et ἀληθείας vox f): cuius emphasis Pilatus, expers christianaee religionis placitorum non intelligebat. Verbum Christiani, a primis P. C. N. seculis notionem accessoriam accepit, quae subinde, pro temporis et contextus ratione, locis quibusdam est subiicienda: significat enim capitalem et pestiferum virum, a quo nullum flagitium a corpore, nullumque facinus abest. Vnde Zosimus Constantiū M., quod Sacris Christianorum esset initiatuſ, tam atris coloribus adumbravit. Sic Stratonica g) Paullinae de Polyeuctis transitu ad religionem christianam:

- - - Polyeucte, Nearque
Les Chretiens - -
id est, vt paullo post Stratonica:

C'est

- b) Enchir. c. XXVI. c) L. IV. c. VII. p. 624. ed. Upton.
- d) v. Ven. Ernesti, prolus. de vanitate philos. in int. N. T.
- e) Cler. A. C. P. II. S. I. c. VI. p. 195. f) Io. XVIII, 38.
v. hac de re Moshemii cogit. de Int. et emend. SS. litterarum,
ubi exemplis docet, quam doctiss. Viri, contra hanc obser-
vationem impegerint §. VII, p. 225. g) Cornel. Polyeuct.
- A. III, Sc. II. T. II. p. 379. et 81.

h)

C'est l'ennemi commun de l'etat et des Dieux, un mechant, un infame, un rebelle, un perfide -- Multi in pluribus exemplis afferendis esse possemus: sed haec vel ostendere possunt, quam difficile sit hoc respectu, emphases iudicare vel propterea, quod non omnes penitorem linguae cognitionem habent: et si habent, tamen propter imbecillitatem ingenii, vt exemplis doctorum constat, ab errandi periculo non sunt liberi.

§. XVII.

Neminem fugit, esse vocabula et particulas, quibus nomen emphasis *υατ'* ἔξοχην tribuant: sed, quod haec obseruatio non tam constans est, vt nunquam scriptores, praesertim sacri, ab ea recedant: valde impeditum est interdum iudicare, an istiusmodi voces emphasis habeant. Nemo ignorat, iudicio, multo vsu subacto opus esse, ut singulis locis, quid sit rei, accurate videas. Et haec inconstantia usus, vna caussarum esse videtur, cur tam dictae emphases sint prolatae. Hebrei repetunt subinde idem nomen cum συρτει: h) sed ea in omnibus repetitionibus minime locum habere videtur: ea virtus sine dubio orationi est tribuenda tum, cum affectus insignis eluet. Sic Davidis verba, i) siue potius dulcissimi Liberatoris: אֱלֹהִים emphatica sunt, ut et Ieremiae triplex repetitio τοῦ אֱלֹהִים. Similis ratio est τοῦ נָא demonstatiui, k) cui nomen est emphatico; sed eius usus non est idem in omnibus locis: ut vel ex Agg. 1) vate intelligi potest, qui templum Salomoneum, ante tot annos flammea absumtum

- h) v. Glaff. phil. S. L. III, Tr. I, c. V. i) Ps. XXII, 1. k)
Glaff. phil. S. L. III, Tr. II. c. VI. l) Agg. II, v. 3^{m)}

sumtum, dicit **הַבִּתְהָ הַוָּה הַרְאָשׁוֹן**: ut Cl. Reizius, m) probante Schoettgenio, de hoc נֵה notauit. Particulae idem hebraeorum נֵה respondenti, emphasis tribuunt, et recte quidem: sed, qui omnibus in locis V. et N. T. huius voculae emphasis reperiat; sane, se eius rectum usum ignorare, fateatur necesse est. Vis huic particulae tum demum inesse videtur, cum nobis aliquid praeter spem et expectationem euenit. Ut in illo Matthaei: n) idem μάνανοι ἀπὸ ἀνατ. παρεγ. εἰς Ισηο. - - - Sic et latinorum adhibetur ecce: ut in illo Ouidii, o) cum Callisto, pudore amissio, Dianam conficeret:

Ecce suo comitata choro Dictynna per altum
Maenalon ingrediens - - -
et locis quam plurimis. Similis ratio est aliarum particularum, quibus nude nulla est emphasis: ad affectum enim est respiciendum. Quid enim ex illo: p) *Particulae emphasis suppeditant*: intelligi potest? verum quidem est, esse particulas emphaticas: sed quaenam tandem? At id pro certo definiri non potest. Ratio contextus est hac in re habenda. Sic τὸ nempe in illo Ouidii emphaticum videtur, ubi ait Medea: q)

Nempe pater saevis, nempe est mea barbara tellus.
reticentur enim quaedam: et τὸ nam in illo: r)

Nam quis te, iuuenum confidentissime nostras
Iussit adire domus.

Ex

m) v. Diff. de gloria Domini Messiana T. II. Hor. Hebr. Schoettg. insertam. p. 736, et 37. n) Matth. II, 1. o) Metam. II, 442. p) v. Rambach. Instit. Herm. S. L. II, c. VIII. p. 327. q) Met. VII, 53. r) Virg. Georg. IV, 445. de pleonasco v. Quint. I.O. IX, VII, 812., id, ut alio loco quoque dixi, cum superuacua oneratur adiectione vitium dicitur: cum autem auget, manifestam sententiam. cf. Turneb. ad Quint. IX, III, p. 803.

s)

Ex his constat, quam lubricum sit, ex inconstanti. verborum usu eruere emphases: ut exempla doctorum quorundam, non caute et circumspecte hac in re versantium, docent.

§. XVIII.

Tertium Iocum difficultatum ponebamus in praecepsis, super hac re non satis accurate, et ad intelligendum praecepsis sunt ad iudicandum, scriptis. Veremur quidem, ne vituperandis doctorum virorum laboribus, hanc in rem impensis, in multorum incurramus reprehensiones: sed, cum id iudicium non nostrum, sed aliorum summorum Virorum, nominatim VEN. ERNESTI s) sit: aequis harum rerum judicibus, non arrogantiae nomine suspecti videbimus. Omnino autem non mirandum est, si in re tam difficultate, praecerta ad iudicandum, non satis idonea, sint scripta. Cognitione enim linguarum antiquarum iusta atque accurate, ut supra dictum est, usu et exercitatione longa, ingenio sagaci et subtili est opus, ut notae, ex quibus singularis locis iudicari possit, certae adiificantur. Commune vitium est canonum quorundam, ad rem philologicam explicandam scriptorum, vt nimis sint vagi et generales, adeoque, si eos ad loca scriptorum transferre velis, nullam certam exhibeant notam: vt Viri doctissimi de nonnullorum praecepsis, ad iudicandas aestimandasque variis lectiones V. et N. T., omninoque de iis, ad interpretationem sacrarum litterarum pertinentibus monuere. Ex quibus intelligi potest, eos, qui aliquid in hoc genere litterarum videre gestiant, hisce regulis vix posse accurate

s) Disp. de diff. Int. gr. N. T. p. 28. et Mosheim. de Int. et emend. S. litt. g. V.

t)

rate iudicare, quid sit rei. Praecepta accurata, et si notis emphasis certis, accommodate ad usum loquendi scribantur, ut, quibus locis insint, quomodo in quaque lingua earum sit usus, doceant: ut monuit VEN. ERNESTI: t) ingenue tamen Viri doctissimi fatentur, rem non esse omnibus numeris absolutam atque perfectam. Ratio est in promptu: nemo enim nescit, in linguis, ab inconstantia et confusione vulgi pendentibus, nihil posse tam accurate definiri, ut non interdum discessio fiat. Si omnes locos, sive fontes, ut vocant, ex quibus emphases hauriri posse aiunt, ut et praecpta, iis reperiendis scripta, animo perfrustrari: concedas necesse est, ea non posse ad singulos locos transferri. *Ay^τhivoia* sola illam lacunam aliquo modo explere potest. Qua quidem, ut et ceteris praesidiis, quae recensuimus, quotusquisque tandem est praeditus? Fingamus, multos istis rebus esse instructos: num credamus, et eos nunquam errandi periculo esse subiectos?

§. XIX.

Vt eo melius, quae in superioribus diximus, intelligentur, age, praecuptis aliquot, emphasis intelligendarum caussa scriptis, videamus, quam destituta sint illa nota, earum in singulis locis iudicandarum, et quantae difficultates lectoribus inde orientur. Dicunt, repetitioiem duorum substantiuorum ad emphasis designandam ponit: u) item: duo substantia vel synonyma vel disparatae significationis coniungi, quorum alterum vicem substantii sustineat, eiusque significationem habeat, cum emphasis.

t) ibid. u) Glaff Phil. S. L. III, Tr. I, can. VI.

emphasis. Iam quis est, qui ex his possit ubique iudicare, an emphasis verbis hacce constructione positis, insit? de priori praecpto supra iam diximus; x) alterum, si quis velit ad omnia loca, ubi ἐν διά δυοῖς occurrit, transferre: sine dubio fallatur necesse est. Quid enim est emphaticum in illo *Virgili* y)

— — — Pateris libamus et auro
aut in illo *Pauli* z) δί' οὐ ἐλαύομεν χάριν καὶ ἀποστολήν
aut illo *Iobi* a) רַמְמָה וּקֹוֵל אַשְׁמָע Notissimum enim est, hebraeos propter paucitatem adiectiuorum uti substantiis? quod et de scriptoribus N. T., hebraicam consuetudinem sequentibus, tenendum est: graeci et latini, an emphasis singularem illam querant, valde dubito. Idem et de illo canone dicendum b): Saepius abstractum pro concreto, seu substantium pro adiectuo, cum insigni emphasi et energia ponitur. Hinc et nolim locum *Pauli*: c) Τὸν γὰρ μὴ γνῶντα ἀμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἀμαρτίαν ἐποίησεν ο. τ. λ. emphaticum putare: verbum αμαρτίας enim vel ex consuetudine linguae sanctae pro αμαρτώλοις est positum d): vel quod magis placet, totus locus sic interpretandus est: Deus, Christum, humanis carentem vitiis voluit esse victimam, qua scelerata hominum expiarentur: ut intelligi potest, ex *Leuitico*: e) ubi οἱ ἄνθρωποι verterunt: ἐκαθάρισεν αὐτὸν: quod *Cocceius* interpretatur: ἐποίησεν αὐτὸν καθαρισμόν. Iam verissimum est, pluralem ἐμφατικῶς pro singulari interdum ponit, ut exemplo insigni *Oedipi Sophoclei* intelligi potest: f) F

x) §. XVII. y) Georg. II, v. 192. z) Rom. I, 5. a) c. IV, 16. b) Glaff. phil. f. l. c. can. VII. c) 2. Cor. V, 21. d) ut Amos. IX, 8. ubi οἱ ἄνθρωποι habent τὸν ἀμαρτωλὸν e) c. IX. 15. et alios locis. f) Oed. Tyr. V, 1417. cf. Long. Sect. XXIII, et XXIV, p. 94. ed. Pearc. g)

- - - ὁ γάμος, γάμοι - - -
 ἘΦύσαδ' ημας - - -
 - - - πρόπεδεῖσατε
 Πατέρας, ἀδελφοὺς, παιδας' - - -

Nemo tamen hanc regulam ad omnia transferre potest loca: quid enim est emphaticum in illo; *οἱ ἀγγελοι ἐν τοῖς ὄυγανοις* g) D. Matthaeus enim *ἐν ὄυγανῳ* ponit? Ex quibus efficitur, valde difficile esse, non modo istiusmodi praecepta, characterem claritatis habentia, propter infinitam locorum dissimilitudinem constituere: sed et ex vague positis, lectorem relinquentibus dubium, rem intelligere, de eaque recte iudicare.

§. XX.

In parte grammatices etymologica, non raro emphasis vestigia conspicuntur, dicunt: h) quod omnino non negem: sed quiuis animaduertit, quam ambigua et incerta sint verba: *non raro*. Haec profecto, ut et illa: *non facile*, ad intelligendum et iudicandum nihil conferunt. Glaffius i) quidem noster dicit: saepius abstractum pro concreto cum insigni emphasi ponit, ut et alii, nominatim Rambachius: sed notas, quas vocant characteristicas, hi Viri doctissimi non adiecerunt. Quare, cum a nemine, quod equidem sciam, regulis sint additae; plurimi, non attendentes ad usum hebraeorum, perpaucā, ut notissimum est, adiectua habentium, in istiusmodi locis emphases reperiunt, quas ipsi hebrei, si in vitam redeant, vix sint intellecturi. Longe alia est ratio huius loquendi consuetudinis in graeca, latina aut

g) cf. Glaff. l. c. can. XXVI. prior locus est Marc. XII, 25.
 alter Matth. XXII, 29. h) Rambach. Inst. H. S. L. II, c.
 VIII. §. 8. i) Phil. S. L. III, T. I, ca. VII.

k)

aut vernacula, quam in hebraica lingua: graecos enim et latinos nulla inopia adiectiuorum, sed elegantiae et ornatus studium, ad hunc usum impulit: veluti Thisbe Ouidiana *ἐν Φατίως*: k)

Sed postquam remorata suos cognouit amores. - Sine dubio amores verbo magnitudo amoris indicatur: hebraei autem, eorumque sequaces, ob paupertatem, vel saltem consuetudinem et usum

Quem penes arbitrium est etius et norma loquendi, sic loqui solent. Ille usus loquendi nobis oculis praefixus esse debet, ne plus aequo in verbis quaeramus: contra quam cautionem tamen et intelligentes peccant. Sic, notante Clerico l) res ipsae, abstracte spectatae, a rebus ipsis distinguuntur: sed, si accurate eiusmodi loquendi formas intueraris; earum veram vim facile deprehendes. Essentia et natura Dei apud latinos, nil aliud significare videntur, quam Deum ipsum, ut ideo inscriptionem librorum Ciceronianorum de natura Deorum sic interpretandam esse putem, ut et omnes locutiones, his similes: ut βίη ἡγανθέη, m) Περιάμοιο, i. e. Herculem, Priamum. Quae cum non venirent in mentem Barthio, n) Viro Summo, numen Iunonis ab ipsa Iunone distinxit: cui verbo tamen nulla peculiaris emphasis erat tribuenda, ut plurimis Virgilii et Ouidii locis constat.

§. XXI.

Nulla autem via magis lubrica ad inuestigandas emphasis videtur, quam quae nos ad etymologiam dicit, et, ex *Via ex ety-
 mologia inde-
 gandarum em-
 phasim fal-
 lax, quare?*

F 2

k) Metam. L. IV, v. 137. l) A. C. P. II. S. II, c. V, p. 424.
 m) v. Plutarch. *ἴτι τὸν βίον ἔκπειτο* p. 274. Homer. Castalion.
 n) in anim. in Rutil. Itiner. v. 328. o) v. Rambach. Inst. H. S. L. II, VIII, §. VIII, et IX. p)

fuppeditare dicitur. Sed illa huic rei parum videtur lucis affundere: et, si semper insistas in ea, verendum, ne intelligentibus sis irrisio*n*i. Fuerunt semper, qui huius rationis limites transirent: vt *Quintilianus* p) eos, qui nimia affectatione ea usi erant, ridet. *Varronem* constat tres libros ad *Ciceronem*, totidemque ad *Septimum* scripsisse: et non defuerunt, qui omnia pene verba ad etymologiam reuocarent: ut exempla in laudato *Quintiliano* multa reperiuntur. Post *Fabii* aetatem, hunc morem, usque ad nostra tempora obtinuisse, quis ignorat? Quam fallax autem haec indagandarum emphasis ratio ex etymologia sit, vel exinde patet: quod in omnibus linguis verba inueniuntur, quorum vis prima, vel ab inconstantia vulgi mutata, nil vel parum similitudinis cum ceteris significationibus habet: ut solarii verbo constat: q) vel, quorum propria potestas tractu temporis intercidit: vel, quorum radices, ut in hebraica, non sunt in vsu, sed ex linguae affinibus sunt pretendae: vel quorum denique vis tam insolens est, ut deriuatorum significatio, multum a radicis vi discrepet. Non est, ut hoc ex hebraica lingua pluribus ostendam, quam constat multas radices amississe: quae, et si in linguae affinibus, veluti Chaldaica et Arabica reperiuntur, tamen aliquid contorti habent interdum cum deriuatorum potestate, nedum si emphases ex iis velis indagare. Notum est ῥὸς כְּרָב a בְּרוֹב Chaldaeorum, Syrorum et Arabum deductum: r) quod arandi et simulandi vim habet: sed quam contorte etym rationem a bove aratore sumunt, ita ut tota figura ab uno animali denominetur? Et eiusmodi sunt alia. Simile verbum est ὁρομεῖν, s) quod recte

tractan-

p) I. O. L. I., c. VI. p. 80 - et Intt. q) v. Ven. Ernesti prolus. de Solariis. r) v. Coccei. in Lexic. s) 2. Tim. II, 15. v. Deylingii ὁρομεῖν τοῦ λόγου τῆς φλυτίας in obss. miscell. p. 618. praesertim. §. X, et XV.

tractandi potestatem habet, et in quo, quod propriam vim amisi, non est argutandum. Sunt, qui ex hoc fonte verbo διάνοον emphasis tribuant: sed seuerior Catone, vix se a risu temperabit. Venuste magnus ille *Mosheimius* t) hanc in rem: „Vides verbum διάνοος? reconditae significationis vocem! deriuatur a νοέω festino: id igitur vel ipsa vox indicat, in expediendis Dei mandatis tarditati locum non esse debere. Eadem dici videntur de verbis σπλαγχνίζομαι, πολλάδομαι, et de multis aliis. Nil tamen difficilius videtur, quam praepositionum in compositione verborum potestatem eruere, quae saepe male, vel non satis accurate definiri potest. Saepe composita non habent ampliorem vim simplicibus; quod tamen non satis exercitati vix persuaderi sibi patiuntur. Quantam vim haec obseruatio in interpretatione habeat, ex S. Crellei exemplo intelligi potest: ille enim raptum suum Christi in Coelum et ex verbo εξαπέσειε v) demonstratus erat, urgens praincipue praepositionem in verbo. Sed hanc vanam et ineptam interpretationem praecclare confutavit *Mosheimius*. x) Verborum compositorum vis optime ex aliorum locorum, si fieri potest, collatione, intelligi potest: qua arte neglecta, incautis copia est multarum argutiarum excogitandarum. Succurrit locus notissimus y) *Homeri*:

πολλαὶ δὲ ιδίουσιν λύχας δίδι προίασι.
ad quem *Clarckius*, laudatis *Euripidis Virgiliisque* locis, huic formae loquendi utcunque respondentibus: „Quae omnia: „emphas vocis illius (*προίασι* prae mature misit,) mi- „nus attigere: at *VEN. ERNESTI* contra: sed illi talem empha- fin

t) in Cogit. phil. de eo quod iustum est, circa litt. S. ex prof. auctoribus int. §. V. v) Gal. IV, 4. x) in diss. de raptu Christi in Coelum §. VIII. p. 376. Synt. dissert. y) Il. 2. 3.

„sin in hoc versu non videntur agnouisse. Il. s quidem
v. 190. clarum est, πειρττεν nihil aliud esse, quam
ιδπτεν. Praepositiones in compositis, nimis pronos fa-
ciunt viros doctos ad emphases singendas. Haec illi. z)

§. XXII.

Aliae regulae ex parte gramm. etymologica ex-penduntur.

Singulas regulas examinare, nimis longum foret; quippe cum iustum volumen isto examine compleri posset: pauca modo, ad demonstrandam nostram rem apta, adiicieimus. Sunt, a) qui dicant, doctrinam de litteris, quam orthographiam vocant, aliquas emphases interpreti facro polliceri: sed nescio an hic fons sit purus, et an Iudei et hac in re imitatione sint digni, cum verba iejune ad sensum mysticum inueniendum, detorquent: ingeniosa potius, Neumanniana sententiae amatores proferunt, quam vera. Veluti cum vocabuli בְשַׁר b) singulis litteris arcanam quandam tribuunt vim. Quod etiam dici posse videtur maximam partem de Iudeorum Cabbala. Plurima exempla, in Glassii Philologia sacra c) et Schoettgenii d) Horis hebraicis obuia, huius rei vanitatem satis ostendere possunt. Iudei v. c. ex verbis Abrahami e) אלֹהִים יְרָאֵה לֹן, si primas respicias litteras, τὸ Αἰολίς vident: unde probare satagunt, Abrahcum iam in ore habuisse, et Isaaco indicasse, quodnam futurum esset sacrificium. Iam ex pronomibus possessiuis, loco primitiuorum positis, et eliciunt emphases: ut ex illis Optimi Liberatoris: ἐμὸν βεβῶν.

§(47)§

εξιν - - sed quis animaduertat singularem vim in illo Agamenonis: f)

- - - Καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιώσαν;

Sic et non agnoscendam putem emphasin in participiis loco substantiiorum adhibitis v. c. cum vocatur diabolus δὲ πειράζων g); sic enim hebrei loqui solent. Multi et in eius pro ἐν posito, emphasin inueniunt: quod valde dubito: et istiusmodi sunt multa, quae non satis accurate dicta videntur, sed quorum confutationem praetermittimus. Figuras, cum grammaticas, tum rhetoricas aliquid ad emphasin facere, rectissime praecipiunt: sed nemo, euincet, in omnibus locis, quibus figurae insunt, emphases esse quaerendas. Enallage temporum singularem interdum vim orationi conciliat: imagines enim rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas oculis quasi cernere videaris h): sed neminem, paullo intelligentiorem esse puto, qui huius figurae virtutem in omnibus locis urget, praecipue in narrationibus historicis, tenui oratione scriptis, ubi ex narrandi consuetudine saepissime praesens pro perfecto ponitur. Quis illa v. c. Caesaris, i), postero die castra ex eo loco mouent; idem Caesar facit, εὐφαρινά purer? Sunt tamen, qui in Matthaei verbis, k) τότε εγχειται Ἰησοῦς, videant aliquam vim singularem: Christi abitum enim ad montem olivarum ita describi aiunt, ut scriptor facher illum quasi praesentem videat.

§. XXIII.

Lubricus et iste est locus, qui ad eruendas emphases, composita verba in partes, ex quibus conflata sunt, resol-

f) Il. α, 31. g) I. Thess. III, 5. h) cf. Quint. I. O. L. VI. c. II. p. 523. et Longin. πειράζων. Sect. XV, p. 62. et ad eum Pearc. locus in hanc rem insignis est apud Virg. Aen. XI, 633. i) B. G. L. I. c. 15, k) Matth. XXVI, 36. cf. Ramb. I. H. S. p. 335.

resolui, et ad propriam vim respici iubet 1): sed scriptores, si verba tropice adhibent, aegre istas argutias, quas multi inde petunt, intelligi volunt. Tropi enim necessarii, vel ornatus caussa positi, non plus propriis valere videntur, ut infra paucis videbimus. *Rambachius* quidem m) vocabulum πληροφορίας eiusmodi fiduciam, qua animus velut plenis passisque velis in Christum portum salutis ferratur, significare dicit. Sed dubium est, an Apostolus n) istiusmodi cogitarit: satius esse videtur, verba περὶ τῆς πληροφορίας τῆς ἐλπίδος hebraismum sapientia sic interpretari: ut spes vestra fiat certior, siue certissima. In concessionibus quidem, ad excitandos bonos motus, istiusmodi emphases piae ferri possunt: sed neutquam in interpretatione. Idem et de verbis εἰσαπατᾶν, ο) συναντιλαμβάνεσθαι p) dicendum videtur: in praepositionibus enim, quibus verba componuntur, non argutandum esse, supra dictum est. q) Praepositiones in compositis et in sacris litteris abundare, vel constat ex illo *Pauli*: r) τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν: quae sequenti versu Apostolus sic enuntiat: ὅτι κατὰ Θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἀγίων. Mirandum sane, fuisse, qui in illo *Pauli*, s) ubi, qui in hac vita Christo tantum confidunt, dicuntur εἰλεεινότεροι, plus iusto philosopharentur: innui enim aiunt, nostras miseras, cum omnibus omnium hominum miseriis, in unum cumulum congestis, comparatas, reliquis omnibus esse grauiores. Res quidem est vera, sed ex his verbis non elici potest: manifestum enim est, comparatiuum pro superlativo esse positum: ut et B. *Lutherus* haec verba conuertit.

1) Ramb. p. 331. m) ibid. l.l. n) Ebr. VI, 11. o) Röm. XVI, 18. p) Rom. VIII, 26. q) vid. Cl. Schvvebel ad Onofandr. c. XVI, p. 70. et §. XXI. r) Rom. VIII, 26. et 27. s) 1. Cor. XV, 19.

uerit. Difficilis est et ille locus, qui ex antiquis ritibus, verbis suum pondus addi, praecipit. Incertum enim saepe est, an scriptores sacri ad ritum aliquem antiquum spectarint: vt in illo notissimo t): ὅμολογουμένως μέγα ἔστι τὸ τῆς ἐνσέβειας μυζήνιον. -- multi hic sacra Cereris vident: cum tamen per ἐνσέβειαν melius doctrina christiana intelligi possit: et, si demus, alludere interdum scriptores sacros ad quosdam ritus, ut negari nullo modo potest: cauendum tamen sedulo est, ne positos limites transfiliamus. Quod quam difficile factu sit, intelligentes sciunt. Quis enim nobis persuadere potest, scriptores sacros spectasse ad hunc vel illum ritum in locis dubiis et controuerisis? Eleganter *Moshemius* v) noster ridet istiusmodi homines doctos. „Mox ille graecos volitare uidet: mox cum luctatoribus congregatur! mox in Olympicis lūdis de palma certat. Ex his intelligi posse puto, quam magna circumspetione et in hoc loco, de praeceptis emphasum, opus sit: hinc et ostendisse, quod volebamus, credimus, per difficile esse ex praeceptis vulgaribus emphasum iudicium.

§. XXIV.

Sed animo fingamus, praecpta optimā iudicandis emphasibus esse scripta: neminem tamen praeterit, non minus impeditum protorum de emphasis bus diffi- esse eorum usum, quam ipsa praecpta. Quin, non absonum ciliis quare: est dicere, usum longe difficiliorem esse ipsis praecceptis. Etenim nemo est, quin intelligat, opus esse summo ingenio et iudicio, longo usu exercitato; vt quouis loco tibi succurrat, quo hoc vel illud praecptum transferas, et, quid rei sit, videas. Sed quotus tandem quisque est, qui illa ἀγριώτα sit praeditus? Mirandumne si pauci aliquo numero sint Critici? Ingenium autem iudicio nisi tam arcto necessitudinis quasi vinculo iunctum sit, vt vtraque

G

vis,

t) I. Tim. III, 16. v) in cogit phil. de eō quod iustum est circa litt. sacr. ex prof. Scriptt. int. §. V. infertis synt. diff. ad Sanct. discipl. pertinentium p. 209.

w)

vis, auctore Popio w), ad mutuum adiutorium amicas manus sibi dare videatur: nulla res, paullo sublimior, aliquid lucri capiet. Sed plerumque haec duplex animi vis, more mariti et coniugis, vt ait Popius, maxime discors esse videtur. Quae cum ita sint, non mirandum, si fuerint, qui, et si tantam eruditionis laudem habebant, vt facile inter principes eruditionis numerarentur, nihilo feciunt tamen, destituti ingenii praestantia et facilitate, non tantum, vt optandum erat, vsum eruditionis suae facere possent. Longe facilis esse videtur, regulas et obseruationes scribere: sed easdem transferre ad sua loca, interdum et non possunt Viri doctrina et ingenio praestantes. Qui vus doctrinæ cum in aliis rebus sit haud facilis, multo difficultor esse videtur, in rebus, sensu aliquo delicatori percipiendis, ut in doctrina de emphasibus. Vnde et Longinus dixit verissime x): τῶν λόγων πολλοῖς πέιρας τελευταῖον ἐπιγέννητα. Quam multi tamen iudicant, et vel nil, vel omnia vident!

§. XXV.

Quintus locus difficultatum est troporum et figurarum. Supereft ille locus, siue fons, quem rhetoricum vocant: ex quo innumeros emphasis riuulos emanare posse putant: sed neminem tam difficultem in concedendo esse credo, quin der, hunc locum esse maxime fallacem, vt vel intelligitur, ex dissensione doctissimorum Viatorum, et lapsu eorum, qui hac intelligentiarum emphasis via sunt abusi. Non est omnino verum, quod Clericus y) dicit, sermone recentiorum rhetorum ἐμφάτικα dici vocabula et loquendi formulas, quae ideo adhibeantur, vt plus significant quam propria; ideoque emphasis omnem quaerendam esse in tropis putat. Cuius sententiae et Vossium z) non poenitet. Sed supra iam diximus, Quintilianum a) agnoscere in vulgaribus verbis emphases: hinc Quintilianae b) definitionis verba de tropo: *cum virtute*, non significant, auctore suasore que Clerico, c) σὺν ἐμφάσει; omnis enim tropus emphaticus esset, quod tamen longe secus est. Illa enim virtus non cernitur in sola

ἐμφά-

w) in Critic. tentamine v. 82. x) Sect. VI, p. 22. y) A. C. P. II, S. I, c. XI, p. 256. z) Inst. Orat. L. IV, c. XII. X, p. 232. a) I. Or. VIII, 3. p. 710. b) VIII, 6. c) A. C. P. II, S. I, c. XI, p. 256.

ἐμφάσει et διεζήσει, sed in suavitate, elegantia et ornatu: quibus omnibus lectores maiorem in legendo et audiendo voluptatem capiant. Hunc sensum autem verborum Quintilianeorum non esse, vt vult Clericus, ex alio loco eiusdem Fabii, d) ubi tropi repetit definitionem, intelligi potest: ibi enim verba: *cum virtute*, interpretatur: ornanda orationis gratia. Sed non omnis ornatus est emphaticus: reddit enim orationem plurimis in locis clariorum et suauiores, emphasis autem altiorum. Addam insignem eiusdem Quintiliani e) locum, in quo ornatus et significantia siue ἐμφάσις distinguntur verbis: tropi enim, inquit, adhibentur vel ornatus, vel significantiae causa, quam augendi vim habere, supra dixerat. Quam variam adhibendorum troporum rationem si quis intuetur: facile mecum consentiet, locum ex tropis iudicandarum emphasis, esse perdifficilem. Cum enim, ut mox ostendetur, tropi, vel, quod propria verba desunt, vel vis prima tractu temporis intercidit, necessitate quadam, vel ornanda et varianda orationis causa usurpentur: nemini dubium esse potest, haud vulgarem linguarum cognitionem, ingenium, vsumque longum requiri. Facile quidem est, agnoscere tropum; sed eum sic intelligere, ut, an necessitate propter linguae paupertatem, an ornatus, aut augendae orationis causa sit positus, scias, penitioris cognitionis res est, quam modo, qui accuratam et reconditam harum rerum scientiam sibi peperrunt, cognitam perspectamque habent. Quam rem tamen, quod multi, vel non satis intelligunt, vel saltem non ad eam attendunt, causam esse puto, cur tam multi proni sint, ad emphases ubique inueniendas.

§. XXVI.

Breuer modo, quod in naturam et vim troporum non inquirimus, monebimus, hanc esse adhibendorum troporum rationem. Insignis est locus Ciceronis, f) dignusque, qui hic subiicitur: Modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit, inopia coacta et angustiis: post autem delectatio, iu-

G. 2

cunditas-

d) I. O. L. IX, I, p. 756. e) VIII, VI, p. 743. f) L. III, de orat. o. 38.

cunditasque celebrauit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa, resperita primo, post adhiberi copta est ad ornatum etiam corporis et dignitatem; sic verbi translatio instaurata est inopiae causa, frequentata delectationis. Cui loco alias *Quintilianus* g) iungit, potest „transfertur nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium est, in eum, in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est: id facimus aut quia necesse est, aut quia significantius, aut, ut dixi decentius: necessitate rustici dicunt gentiam in vitibus, et fitire segetes, et fructus laborare. Ex his colligi posse puto, necessarios tropos locum proprietum verborum obtinere: eorum enim loco ponuntur: iam quis quaerat in verbis propriis per se emphases? Eadem ratio quoque est troporum, ornatius causa inuentorum, qui animum mire delicit, remque clariorem et magis perspicuam reddunt. Si autem emphasis altiorem praebet sensum, et rem auget; ornatius eiusmodi tropus, ab ipsa notione emphasis abhorrens emphaticus dici? Quod etiam dici videtur de tropis variandae orationis causa positis, et, ne lectoribus, una eademque forma sit tae- dia, inuentis. Iстiusmodи tropi, quoniam nō differunt a propriis (proprietum enim loco ponuntur) et emphatici non sunt habendi. Hac consuetudine non modo profani scriptores, sed et sacri utuntur. Sic *Homerus* h) uno loco notionem querendi siue sciscitandi varie expressit: et *Ouidius de Mida*; i)

Attonitus nouitate malit diuesque miserque.

Effugere optat opes, et quae modo vouerat, odit. notionem optandi per τὸ vouere expressit: quamquam *Scaliger* k) discrimen inter haec duo verba statuit. *Cicero* l) quidem illa coniungit: Quid optamus a Diis immortalibus; quid voulimus? Plenus est *Cicero* istius ornatius, ubique est tropos, et ut *Nestor Homericus* m).

-- Ηδουεπης;

g) I. O. L: VIII; 6. h) Il. a, 545. i) Met. L: VIII, 128. mire variat et aliis locis *Ouidius*; ut L: III. Trist. 12. quindecim versibus nō uenit diuersis modis illud: Veris iam initium est, expressit. k) de subtilitate exerc. CCCX. cf. Schvwarz, obss. ad *Mam. paneg. gen.* p. 26. l) de natura Deor. I, 44. m) Il. a, 248.

-- Ηδουεπης -- λυγης αυογης.

Tον επο γλωττη; μελιτος γλυκιον ρσεν αυδη. Haec singularis pulcritudo cum in optimis graecis et latinis scriptoribus sit obvia: exempla plura laudare superuacaneum ducimus. Sacri scriptores eandem variationem amant: hinc eadem in hisce diuinis libris ac in profanis tenerenda esse arbitror, quae in superioribus monuimus. Sed sunt, qui verba illic tantum significare potent, quam possint n): quod neutiquam tamen concedi potest. Veluti S. *Pauli* verba o): ι ειρηνη του Θεου, Φρουρησι τας παραδικης υμῶν, multi ἐμφατικῶς dicta esse putant, et hanc του Φρουρησι vim ex alio loco Apostoli, ubi de obsidione exhibetur, petunt. Sed *Paulus* semet ipsum explicat in epistola ad Colossenses, p) ubi eandem sententiam sic enuntiat: ι ειρηνη βραβευετω εν τας παραδικης υμῶν i. e. studium pacis Deo dignum, potestatem suam exerceat in animis vestris. Hac vi το βραβευει sumi notum est, ut et apud *Euripidem* q): βραβευε λόγου. Eiusdem autem sententiae, quamuis subinde varie enuntiatae, in omnibus locis unus est sensus.

§. XXVII.

Facile animo praecipere possum, futuros, qui me omnem troporum vim eneruasse putent. Sed, auctoribus veteribus, videor satis, pro instituti ratione demonstrasse, rem sic se habere, ut et eius indoles flagitat, recentioribusque est probata. Nemio inficias ire poterit, esse tropos emphaticos: *Quintilianus* enim et *Longinus*, aliisque, exemplis quam plurimis docuerunt, eorum quosdam augendi vim habere maximam. Sed scire, quibusnam tropis haec vis accedit, illud ipsum est, quod maxime difficile esse putem. De figuris eadem dicenda esse arbitror: non enim semper significantiae causa usurpantur. Sunt tamen quae-

G. 3.

n) vt *Cocceius*; in eius interpretandi rationem inquirit I. F. Buddeus in Isag. hist. theol. ad Theol. univers. T. II, c. VIII, p. 1507. o) Phil. IV, 7. p) Col. III, 15. q) Med. A. II, 274.

dam, quae mire augent, sed interdum male intelliguntur, ut
ΛΥΤΟΤΗΣ seu ΜΕΙΩΣ : cuius vim Baylius in illo r) :

Aut illaudati nescit Busiris aras.
non intellexit, merito tamen a Clarkio s) est castigatus. Viden-
dum et hoc in loco maxime ad πάθος, tempus, locum et
omnino ad contextum: sagax lector, ingenii sui solertia deinde
animadueret, quod praceptoris non potuit definiri. Ex his igi-
tur, quae de tropis delibauimus, intelligi posse puto, et hanc
wiam, ex tropis iudicandarum emphasiis, impeditam esse, et
propterea, quod nondum praceptoris accuratis, quibus agnoscit
emphases e tropis possint, munita est. Et istam rem, tam la-
tissime patentem, regulis complecti, locis omnibus aptis, haud
leue esse videtur.

§. XXVIII.

Conclusio.

Haec fuere, quae pro temporis ratione, atque ingenii te-
munitate, doctis proponeremus: quae, si aequis harum rerum
iudicibus non plane displicuisse intellexerimus: impense gaude-
bimus. Si qua huic disputatiunculae insint, quae doctis Viris
probentur: VENERABILI ERNESTIO, VIRO summo, et, quod fe-
licitatis nostrae summa fuit, Doctori nostro quondam fidelissi-
mo, in acceptis referimus: Cui pro tam praeclara in humanita-
tis litteris institutione, vt et pro ceteris summis beneficiis pa-
lam immortales agimus gratias. Si qua autem huic desint exer-
citationi, supplebit aetas: et, si qua dicta sint iuueniliter; pro
indole accipientur. Scribendum enim, vt ait *Fabius* t), profa-
cultate. Forte, si Deus Optimus Maximus nobis otium illud,
quod bonae litterae aliquo iure postulant, concesserit: elab-
oratiora ingenio cum orbe litterario commu-
nicabimus.

r) Virg. Georg. III, §. s) ad Hom. Il. β. v. 269. p. 80. ubi docte
de multis aliis verbis. t) I. O. L. XII, VI.

Ἐναρξος καὶ ἡ πρώτη ἀπόδοσις.

CORO-

COROLLARIA THESIVM.

- I) *Emphasēs piae, in concionibus sunt ferendae.*
- II) *Per ἀγχόνης et ἐσφράγις Col. II, 15. interpretes et Do-
ctores legis sunt intelligendi.*
- III) *Puritas stylī N. T. inepte ex Poetis graecis demonstratur.*
- IV) *Puritas plurimorum verborum et formarum loquendi
N. T. ex graecis scriptoribus non euinci potest.*
- V) *Marshamus in Can. Chron. p. 597. male Euilmeroda-
chum et Belsazerem unum eundemque esse statuit.*
- VI) *Apud Ouidium Met. VI, 77. pro: medioque e vul-
nere saxi
Exiluisse fretum, legendum est: ferum.*
- VII) *Clericus A. C. P. II, S. II, c. IV. p. 412. inique
pietatem Davidis in abrogatione εἰδωλολατρείας ponit.*

PRAESES
CLARISSIMO PRAESTANTISSIMO QVE
DOM. CANDIDATO

S. F. D.

MAgna me, Doctissime Dom. CANDIDATE, institutum tuum affecit
voluptatis copia. Quum ad me primum accederes, statim bene de-
TE sentire coepi, quod mihi et ipse, et eruditio TVA, ab amico prisco, Dom.
SCHYVEBELIO, Professore Norimbergensi, viro exquisitae eruditionis,
cuius amore et doctrinam iure meritoque iuxta magni facio, laudati-
estis. Post ubi ex TE accepi, TE sat diu in florentissima Academia Lipsi-
ensi elegantioribus literis et scientiis operam dedisse; et ibi cum aliis Vi-
ros celeberrimos, eosque partim et meos olim Praeceptores, tum in
primis, magnum illud nec solius sive Saxonie sive Germaniae eruditionis
et doctrinae decus, ERNESTI, assidue lectatum esse: animo quasiLipfiam exces-
si,

si, siique viros doctrinae gloria excellentissimos audire, ac h. fratrem meum, MAXIMILIANVM, et ipsum plures annos haud incommodatum incomparabilis ERNESTI discipulum, uidere et compellare, mihi uisus sum. TVA Quidem praesentia me cito inde retraxit, et in rem praesentem reduxit, sed creptae voluptatis facturam noua voluptate compensavit. Dum enim TE apud nos dignitatem philosophicam perficere, mihi medeistic aperie, et de disputatione habenda sermo fit, cum mihi statim exhibes. Quae mili illio ipfa fronte sua mirum in modum placuit. Postquam uero TIBI Praeses Comesque certaminis contigi, atque adeo dissertationis TVAE perlegendae officium mihi ieiunium est, ingenti laetitia et complatus sum, quod TE argumentum disputationis TVAE tam digne disciplina hanestiana tractasse intellixi. Iuasisti uictori uerborum rerum grauitatem, et haud facilem ueritatem egregia dictioris perspicuitate temperasti. Videbis, mihi credo, hec TVVM eruditiois TVAE specimen, in quo nihil a me mutatum nullum uocabulum transpositum est, sed quod totum, uti est, TVVM est, non dimitixat in hunc arnum uictorium, et lude abundaturum esse. TV itaque iis accensendus haud es, qui res uinas pulchris uerbis neftiunt, aut rerum pondera inquinato tegumento inuoluunt, sed dictioris elegantiam et rerum grauitatem egregie copulas. Neque dum ueteri Latio uehementer addictus es, ei soli es addictus, sed et linguae Graecae, Hebraicae, aliarumque probe es peritus, et linguarum cognitionem ad recte intelligendum et explicandum Cedicem Sacrum laudabiliter adhibes. Praeterea TE philosophiae, illius omnis solidae doctrinae parentis, praecepis eximie instruistum demonstras, dum bono iudicio et incorrupta critice adductus, quantum a praeiudicatis opinionibus, tantum a temeritate, recedis. Quae uero alia via rector ad laudem impetrandam, et certior ad conspicuorum munierum honorem consequendum esse queat, haud video. Gratulor itaque TIBI ex animo hoc monumentum partae eruditiois TVAE. Gratulor TIBI honores philosophicos, quibus propediem ornaberis, et quia TE ipsi uicissim decus capiunt. Gratulor TIBI meritum magnorum Virorum fauorem, qui eruditioem TVAM, multa virtute ornatam, haud diu secum habitare sineant, sed mox usui communis admouebunt. Evidem uehementer gaudeo, si, quod TIBI impense a summo Nunmine precor, breui resciuero, TE in ample honoris et fortunae munere constitutum de aliis publice bene mereri.

Vale,